

INTRODUCTIO  
IN TOMUM TERTIUM  
SCRIPTORUM  
BRUNSVICENSIA  
ILLUSTRANTIU.M.

I. Chronicon Principum Brunsicensium Rhythmicum antiquum, versibus Saxonis scriptum, ex M<sup>o</sup>sto.



Ultor Anonymus hujus Libri floruit tempore *Alberti I. seu Magni* Ducis Brunsicensis, cuius etiam mortem in fine operis deplorat, filiosque tres *Henricum, Albertum & Wilhelmm* ad paternarum virtutum æmulationem hortatur. Albertum autem obiisse ait anno Domini M CCLXXIX. Opus suum ita incipit:

*Dit is ein Kroneke suberlich*

*Van den Vorsten van Brunswich.*

Itaque in animo habuit Principum Brunsicensium res tradere. Et videtur in *Alberti* gratiam, ejusque impulsu hæc scripsisse procem. v. 47. seqq. Innuit enim se ejus genus tradere, cuius causa hæc scribat, eumque jam defunctum esse. Secutus est aliud horum Principum Chronicon Latinum, ut videtur, & in prosa scriptum. Ita enim ait c. 15. vers. 1. 2.

Nun merket, wat uns de Forrste script

[ Goblerus legit: der Forsten script ]

Van Brunswik orkonde gift.

& c. 20. v. 77.

Van Brunswik der Forsten script

Disser rede uns orkunde gift.

Quæ duo loca comparando, expungenda videtur nota (a) pag. 27. ubi cap. 15. legitur *Forrste Schrift*, quasi remotissima vel prima, cum legi possit *Forrste*, quod magis accedit ad locum c. 20, & lectionem Gobleri, ut utrobique intelligatur *Chronicon Principum Brunsicensium*, quod ex Codice MS. recensitum edidimus. Et passim autor poëmatis se refert ad scripturas & libros. Ita cap. 3. v. 35. 36. citat nescio quod *scriptum vel opus de Angaria*. Et cap. 25. v. 68. item cap. 45. vers. III. citat *literas* id est Scripturam *Martiniani* cuiusdam de expeditione Romana *Lotbarii Saxonis* (quem *Tertium* vocat c. 26. v. 55.) *de expeditione Henrici VI. Imperatoris in Apuliam*: ubi *Martini Poloni* quoddam exemplar præ oculis habuisse verisimile est, quæ variè interpolata extare constat. Ut adeo diligentia auctori non defuisse videatur. Et habuit, quibus hodie carremus. Idem opus, sed rhythmis, ad dialectum superiorum Germanorum, aut medium potius, qualis Thuringorum est, accommodatis, habuit *Justinus Goblerus Gorinus*, Jurisconsultus & Ducum Brunsicensium *Erici I. & II. Consiliarius*, ediditque anno Domini 1566. in folii, quam vocant, forma Francofurti apud Christiani Egenolfi hæredes, Ducibusque *Erico & Julio* dedicavit, cum ipse esset *Cancellarius Monasteriensis*. Sed quisquis dialectum mutavit, (Goblero utique antiquior) alicubi lapsus est, & vim verborum Saxonorum non percepit. Commodum autem in manus meas incidit codex ejusdem Operis antiquus, et si in fine imperfectus, in Bibliotheca Augusta Guelfebiana extans ipsa Saxonica dialeto, ut olim apud Brunsenses in usu erat; qua autorem scripsisse consentaneum est. Placuit autem oppositis columnis utramque dare recensionem, tam ex codice nostro sumtam, quam Goblerianam; quia innumeris locis altera alteram explicat, nonnullis & supplet. Sæpius autem no-

ster

ster codex Goblerianum explicat quam ab eo explicatur. Sed saepius Goblerianus nostrum supplet quam ex eo suppletur. Habuit adhuc aliam recensionem *Henricus Meinbomius* avus; inde enim quædam loca citat, quæ nostris quidem respondent, sed non nihil tamen habent diversitatis. Ea suis locis notavimus; posteri ejus, hunc codicem penes se extare, aut aliquam ejus apud se notitiam superesse, negant. Habet passim scriptor, quæ alibi non leguntur, quædam fabulosa, sed alia non spernenda. Fabulosum est, (ex. gr.) quod, nescio unde? scribit, Witikindum Ducem ante baptismum dictum fuisse *Nickbeim*, sed in baptismo *Witikindi* nomen accepisse, prologo vers. 110. juncto capite 3. vers. 33. Illud solidius est & majoris momenti, quod ex antiquo Chronicō Gandesheimensi deperdito nos disertè docet, patrem *Ludolfi* celeberrimi Ducis, dissimulatum pene omnibus Scriptoribus, fuisse *Brunonem* Principem; eumque uxorem de genere Witikindi duxisse, unde natus sit Ludolfus. Verba expendi merentur. Cap. 5. v. 33. seqq.

*Van Gandersheim* uns de Kroneke segt,

Wo dat disse Hertoge gar gerecht

Hertogen Wedekindes Kunne

Ein Forste sint den lif gewonne,

De was *Brun* genant.

Ok deit se uns mer bekant,

Dat van disse *Brune* worde geboren

Ein hoger Herr uterkoren,

*Ludolf* der Forste was genant

Hertoge ut Sassenlant.

Videtur aliquid corruptum esse in versu: *Wo dat disse Hertoge gar gerecht*, et si nihil id in sensu, quem diximus, mutet. Gobleriana recensio hunc versum melius haber, sed cætera minus bene:

*Van Gandersheim* uns die Chronick sagt,

Wie das von dises Herren gemagt

Hertogen Weidekindes komme

Ein Furst sein den lieb gewunne,

Der was *Bruno* genant, &c.

*Kunne* Saxonibus est genus, sed maxime foemininum; hinc Kunkel-lehn feuda foemina. Autori nostro *Kunne*, item gekunne est genus, proœm. vers. 59. c. 13. v. 62. c. 28. v. 25. sed hic speciatim videtur *Kunne* esse filia, uti cap. 8 vers. 34 in hoc eodem poëmate *Kunt* est filius. At communis Germaniae dialecto, *Kind*, tam filium quam filiam significat. Porro *Magen*, *Magt*, *gemagt* est propinquitas. Hinc *Schwertmagen*, *Spillmagen*, id est agnati, cognati tantum. Ultramque recensionem conjungendo sic ferre lego:

*Van Gandersheim* uns de Kroneke segt,

Wo dat van disses Herren gemagt,

Hertogen Wedekindes Kunne &c.

Ita sensus hic prodit: Gandeshemensis nobis Chronica refert, quod de hujus Dynastæ familia, Ducis (nempe) *Witikindi*, filiam Princeps quidam amaverit, qui dicebatur *Bruno*; & ab hoc Brunone fuerit genitus Egregius Princeps, qui *Ludolfus* dictus est, Saxonice terræ Dux. Nam paulo ante dixerat vers. 25. 26. 27. & nomen seu gloriam manisse *Witikindi*, & ex ejus semine tot Principes prodiiisse. Nec refert, quod *seḡt* & *gemagt* non perfectè homœoteleta sunt; nam talia passim occurunt: ut eodem capite respondent *tit* & *gift*, vers. 3. 4. & *begraven*, *haben*, v. 11. 12. Corrigenda ergo nota (a) pag. 9. ubi verba autoris ita accipiuntur, quasi ipse *Bruno* fuerit ex genere *Witikindi*. Multa alia in hoc libro utilia, neque alibi temere invenienda, extant, quæ Historiam Brunsvicensem vicinamque illustrant, & lector peritus facile deprehendet. Cap. 64 vers. 79 Goblerus dedit *Bomebove*, sed legendum *Bornhovede*, qui fuit locus prælii, in quo Otto Dux Brunsvicensis Primus, (vulgo Puer) captus est. In notis

INTRODUCT. IN TOM. III.

etiam quædam adhuc corrigenda sunt. pag. 14 (b) & pag. 18 (a) *git* non significat: dicit, sed dat, *geit, gibt*, pag. 17. (a) in nota pone *verbowen*, ut in textu, non *verbēden*. p. 23 (b) arreste, leg. *arresté*. p. 48 (b) pro gener, ponatur *patruus*; id enim significat *Oebm vel Obm*. Nempe *Henricus* Dux Saxonæ & Bavariae, sororem habuit, nuptriam *Friderico* Duci Sueviae, matrem *Friderici I. Imperatoris*. Ipse autem *Henricus* dictus *Catulus*, Henrici Nigri filius, ex Hermanni Billingani genere & Brunonis per matrem ortus, *Henricum Leonem* filium habuit; quæ versibus involuta à nostro autore hic traduntur. c. 42 v. 87 *Fugede* (Gobl. Fuget) intelligo *Fogt Ludolf*. Advocatus *Ludolfus de Dalem*.

II. Apographum Tabulæ vernaculæ, in Basilica S. Blasii Brunsvicensi suspensæ, de Rebus Ducum.

**N**ihil hic aliud dicendum occurrit, quam Annos & subinde dies etiam emortuales Principum Brunsvicensium, quædam etiam alia eorum memorabilia in hac Tabela notari, eamque vel eo nomine in temporibus posterioribus bene constitueris utilem fore: et si fidem eam non habeat, quæ diplomatibus seu Tabulis publicorum instrumentorum tribui debet. Edidit jam eam V. Cl. *Joachimus Johannes Maderus* Rector Schoningeranus. Sed cum minora Opuscula, quibus accessit, temporis tractu facile intercidant, in nostram Collectionem recipienda visa est.

III. Everhardi Presbyteri de Fundatione & incrementis Gandeshemensis Ecclesiae versus Saxonici antiqui, ex MSto.

**C**hronicon est rhythmicum, lingua Saxonum scriptum, quod incipit à fundatione Gandeshemensis Ecclesiae, & producitur usque ad tempora *Henrici Sancti* Imperatoris, quibus ea maximè floruit, capitibus 41. Adjiciuntur in fine duo Catalogi; unus Imperatorum & Regum à tempore fundationis, à *Ludowico juniore* Rege Germaniae & *Arnolfo* usque ad *Fridericum II*; alter Abbatissarum Gandeshemensium, inde ab *Hedwig* filia Ludolfi Ducis, usque ad *Mechtildem*, filiam *Burchardi* Dynastæ de *Waitinger*, (quam Bodo malè facit ex Comitibus de Woldenberg ortam) quæ excusso jugo, quod Hildesienses Episcopi intentabant, ab *Innocentio IV*. obtinuit, ut per Cardinalem Legatum, Episcopum *Prænestinum*, consecraretur, quo scilicet tempore vixit autor. Ipse cap. 17 ait, se scribere annis 360 à fundatione elapsis, quam refert ad annum Domini 856, unde prodit annus Domini 1216: & librum de Latino in Teutonicum transtulisse. Verba ita habent:

Vor den Jaren waren vorgangen, dat is war,  
Verdēhalf hundert unde darover thein Jar,  
Do düt Bokelin to Düde wart ghekart  
Van einen Papen, de hüt Everhart.

Initio habet partem eorum, quæ in Roswitæ carmine etiam inveniuntur. Sed in universum sua sumsit ex Chronico illius Ecclesie Latino antiquo, quod antecedit. Intervim bene habet, quod saltem hæc versio supereft. Ex ea colligi videtur, Ludolfum fuisse de genere *Wittkindi* Ducis, (per matrem opinor) & Ludolfi patrem fuisse *Brunonem*; et si autor ipse, vel interpres potius, Latina, quæ sequi voluit, non intellexisse & turbasse videatur. Perinde enim loquitur, ac si Bruno simul dictus fuerit Ludolfus, præter verisimilitudinem & illorum temporum morem. Sed Brunonem fuisse Ludolfi patrem, habet autor Chronicus Brunsvicensium Ducum rhythmicus; & quod notandum est, diserte ait, hoc à se ex Gandeshemensi Chronico esse sumtum. Et vel ideo nobis hic ejus interpres in pretio esse debet, cum nihil tale de Ludolfi origine inveniamus in alio autore paris vetustatis. Hoc Chronicon etiam vidit *Henricus Bodo*, & in Syntagmate suo Gandeshemensi citavit; ubi & quandam rhythmo de Ecclesie Gandesianæ constructione scripsisse ait Teutonicus, quando agit de Abbatissa *Sophia*, Secundi Ottonis filia.

IV. Chro-

IV. Chronicon Luneburgicum, vernaculâ Saxonum inferiorum dialecto, ab initio Ducatus Luneburgici ad Annum Domini 1421. ex MSto.

Autor hujus operis, (cujus binâ exemplaria Doctissimi Viri, *Pfeffingerus & Butnerus* procurarunt) fuit Anonymus, civis Luneburgicus, qui seculo XV. adulto scripsit; sed urbi suæ contra Dominos favens, & subinde, partim ex antiquitatis anterioris ignorantie, partim ex affectu, lapsus. Nam non multo ante, quam scribebat, urbs à Ducibus suis ad Principes alterius familiae desciverat, ægreque post victoriam, prope *Wismam ad Altera ripam* reportatam, ad gratiam eorum imperiumque redierat, & diu superfuere reliquæ simultatum. Itaque noster sibi hoc negotii datum credit, ut Historiam rei gestæ scribebat, qua acta civium excusarentur. Et habuerunt illi faventem sibi *Carolum IV. Imperatorem*, Ducibus nostris parum æquum. Sed tandem melior causa prævaluuit. Primum in eo errat autor noster, quod Brunsicensem & Luneburgensem ditionem negat principatum fuisse, antequam à *Friderico II. Cæsare* in Ducatum erigeretur; & antea tantum partem Ducatus Saxonæ fecisse arbitratur, eo deceptus, quod, qui hanc ditionem tenebat, simul Saxonæ Dux erat. Sciendum est autem, Ditionem, quam dixi, non quidem fuisse Ducatum aut Marchiam, aut Comitatum, sed Principatum Allodialem seu proprium, donec *Otto*, *Henrici Leonis* ex filio *Wilhelmo* nepos, resignata in manus Imperatoris *Friderici II.* proprietate, territorium feudaliter lege, sed Ducatus honore ac juribus auctum, receperisset. Veterum sensu non tantum Duces, Marchiones, Comites Palatini, sed etiam potentes Comites, (quales Comites provinciales & quidam Burgravii,) & Domini etiam Allodiales insignis territorii, *Principum* nomine cohonestabantur. Et hoc sensu etiam *Episcopi Germaniae* computabantur inter Principes, tanquam insignia territoria, ad Allodii olim modum, tenentes. Etsi enim regalia per investituram (seu traditionem representativam) accipiebant ab Imperatoribus, & deberent etiam servitia militaria Imperio; non ideo tamen olim vasalli censebantur, sed *administratores bonorum*, quorum proprietas ad Ecclesiam spectabat, sub Imperatorum suprema potestate. Contigerat autem, ut *Henricus Welfus*, & filius ejus *Henricus Leo*, Duces Saxonæ & Bajoariæ, ex hereditate majorum, suis aut parentum conjugiis, ditiones acquirerent allodiales. Nam Brunsicum *Ecbertus* Marchio, & filius ejus *Ecbertus Anticæsar*, tenebant allodii jure. Anticæsari sine liberis extinto, successit soror *Gertrudis*, nupta *Henrico* Princi, Northeimensis terræ Domino. Ita ditio, quam nunc *Gottingensem* vocant, Brunsicensi concrevit. Utramque obtinuit *Lotharius* Comes Supplingenburgensis, postea Dux Saxonæ, & denique Imperator, ducta *Rixa*, *Henrici* & *Gertrudis* filia; quæ ipsi peperit *Gertrudem* conjugem *Henrici Welfi*, matrem *Henrici Leonis*. Ita *Henricus Leo* materno jure ditionis Brunsicensis hereditatem crevit; Ducatus autem Saxonæ, quem pater ejus *Henricus Welfus* beneficio socii Imperatoris vasallus tenebat, instar aliorum ejus temporis ducatum erat officium hereditarium quodammodo, ad solos masculos descendens nisi indigni aut inhabiles essent; ejusque autoritas, simul & jus directorii per totius Saxonæ (ut sic loquar) circulum in pace, & jus Ducis militaris in bello dabat, ita, ut Dux Saxonæ esset Gubernator natus Saxonum, Imperatoris vice. Tantoque officio annexæ erant insignes terræ (feudales utique, ut officium ipsum,) eaque pro bona parte inter Rhenum & Visurgim sitæ. Item *Henricus Welfus*, *Leonis* pater, præter dotales Brunsicenses terras, habebat maternas Luneburgicas: quia filius erat *Wulfbildis*, Magno vel Magnone, ultimo Saxonum Billinganae stirpis Duce, natæ. Familia autem Billingana, cum alias insignes terras, tum maximè Luneburgicam proprio jure possidebat. Cum ergo Imperator *Henricum Leonem* quæsito prætextu feudalibus regionibus exuisset, allodiales tamen, quas in Saxonia tenebat, pro bona parte ei reliquit; nominatim *Brunsvicum* & *Luneburgum* civitates, cum regionibus annexis. Defuncto *Henrico Leone* & *Ottone IV. Imperatore* ejus filio, *Henricus Dux Saxonæ* & *Comes Palatinus Rheni*, major *Leonis* filius, *Brunsvigam* tenebat; natu mi-

nimus *Wilbelmus*, immaturè defunctus, Luneburgum unico filio *Ottoni*, adhuc puerò, reliquerat. Defuncto Henrico Duce & Palatino, nullo filio relichto: filiae, Bavaro & Badensi nuptæ, *Brunsvicum* jure hæreditario ad se pertinere ajebant, & jus suum Friderico II. Imperatori vendiderant: sed Otto non acquiescens, favore subditorum urbem obtinuit, tandemque cum Imperatore transegit, ita, ut ditio utraque (*Brunsvicensis* & *Luneburgensis*) in posterum dignitatem Ducatus, sed cum feudi imperialis onere haberet. Inter Ottonis filios pessimo exemplo divisa est ditio: *Albertus Brunsvicensis* regionem cum montanis, *Johannes Luneburgicam* tenuit, quæ tunc *Hanoveram* usque extendebatur. Johanni filius *Otto* (vulgò *Strenuus*) & huic filius *Wilbelmus* successit, in quo linea Johannis mascula defecit. Sed *Albertus Ascanii generis*, Saxonæ Dux, *Wilhelmi* filia *Elisabetæ* genitus, sibi successionis jus vindicabat. Et sane ipse *Wilbelmus* aliquando huc inclinaverat; & pactum, quo Alberti jus asserebatur, *Carolus IV.* Imperator confirmaverat, quasi filiae propiores excluderent masculos remotores; quo jure hodieque *Magna Britannia* & *Hispania* regna uti censemur. Sed in Imperio magis receptum est, ut feuda etiam foeminina, (qualem Ducatum *Fridericus II.* fecerat,) tum demum ad foeminas irent, cum masculi omnes defecissent. Idque Wilhelmo ipsi, rectius edocto, tandem placuit. Itaque consilio procerum, mutata ante obitum sententiæ, ditiones suas familiae servari justum piumque putavit; nec tantum filiam alteram *Ludovico*, filio *Magni Senioris*, *Brunsvicensium Ducis*, (Alberto, Alberti supradicti filio, nati) nuptum dedit, successione promissa: sed &, *Ludovico* defuncto, fratrem ejus *Magnum* juniorem, vulgo *Torquatum*, ad se vocavit, eique à subditis sacramenta dici jussit, quod etiam *Luneburgenses* cives fecere; sibi tamen caventes, ne forte aliquando Imperatoris mandatis inobedientes judicarentur. *Magnus* juvenis, extincto Wilhelmo, freна non nihil laxavit cupiditatibus, & visus est civitati gravis. Itaque cives, explorata Imperatoris voluntate, in secreta pacta cum *Alberto*, ejusque patruo *Wenceslao*, Saxonæ Ducibus Ascaniæ gentis, conveniunt; subitoque Duci suo missis literis renuntiant, simul arcem urbi imminentem invadunt diruuntque; *S. Michaelis Monasterium* ex monte in urbem transferunt, Saxonicos Principes recipiunt ac dominos agnoscent, iisque ad alias regionis partes occupandas auxilia præstant. Inde bellum cum *Magno* Duce, eoque cæso, cum filii ejus diuturnum, interpositis pactis matrimoniiisque subinde suspensum; donec Alberto occiso, tandemque *prelio ad Winsam*, *Aller* & *fluminj adsitam*, commisso Anno Domini 1388. *Brunsvicensis* victoriam obtinere & urbs Luneburgica Ducibus suis reconciliata est. Diu tamen superfuere similitates & querelæ.

V. Excerpta Chronicæ Hermanni Korneri ab Anno Domini 1371. ad A.D. 1435. ad urbem Luneburgicam pertinentia, cum continuatione ad A.D. 1466. dialecto Saxonica ex MSto.

VI. Continuatio Chronicæ Hermanni Korneri ab A.D. 1435. ad A.D. 1438. ex MSto.

**I**N continuatione excerptorum circa A.D. 1438. agitur de antiqua & nobili familia *Viskuliorum*, in urbe Luneburgica olim Patriorum; & notatur, eo anno obiisse *Henricum Viskulium Confulem*, qui ob virtutem, in bello testatam apud Cellas, *miles* (seu *eques auratus*) ut tunc mos, à ductoribus creatus fuerit, eumque duos reliquisse filios, *Wilbelmum*, (qui secundis nuptiis duxerit *Wilhelmi de Sampleve* filiam, cuius avunculus erat *Baldinus, Abbas S. Michaelis*, postea *Archiepiscopus Bremensis*) ac *Nicolaum*, qui cum matre *Beata* describi curaverint *Doctoris Hermanni Korneri* opus Chronicum, duobus constans voluminibus; uno ab initio mundi ad *Carolum M.*, altero à *Carolo M.* ad sua tempora. Codex habet ad 45 (nempe 1445.) sed puto legendum 35. nam in anno 1435. finit Codex Kornerianus, qui Luneburgi pariter ac qui Helmestadii habetur. Additur,

ditur, descriptoris operam navasse *Tilemannum Roterhof*, & cœptum laborem prima die Veneris quadragesimæ anni 1445, die Sabbati ante S. Lucia absolvum. Hæc de continuatione *Excerptorum Kornerianorum*.

Ipsam continuationem Korneriani Chronicus sumsimus ex Manuscripto volumine chartaceo satis grandi in folii forma, extante in Bibliotheca Serenissimi Electoris Brunsvicensis. Chronicum est opus dialecto Saxonæ inferioris scriptum, sed totum fere, ex Kornero passim contracto & in vernaculum sermonem translato, sumtum. Itaque tantum inde petivi continuationem, quæ in nostro Kornero non extat. Nam codex uterque Korneri, quo usus sum, (ut jam dictum est,) finit in anno 1435; qui annus cœptus magis apparet quam absolutus. Sed hunc absolvit vernaculus Chronicator, annosque 1436 & 1437. initiumque anni 1438. adjungit; quæ cum apud Kornerum Latinum non habeantur, cæteris vernaculis, quæ nunc publicamus, addere opera pretium visum est. De Kornero quædam jam notavimus, cum Excerpta ejus loca, Hellmoldo & Arnoldo ascripta, sed in his, quales habemus, non extantia, Tomo secundo num. XLVI. recensui.

### VII. Fragmentum Chronicus Bardevicensis ad A. D. 1441. ex MSto.

**H**ic erroneum esse suspicor, quod dicitur, Doctorem *Albertum Kranzium* in Bardevensi Basilica esse sepultum. Nam Decanus fuit Hamburgensis, & Hamburgenses ejus monumentum ostendunt. Alia tamen non spernenda in hoc Fragmento habentur.

### VIII. Narratio vetus de Ducis Magni, vulgo Torquati, fatis, lingua Saxonum vernaculâ, ex MSto.

**H**æc narratio antiqua satis, historiæ illorum temporum inserviet. In fine adjiciuntur versus aliquot Rhythmici, quos *Georgius*, ex Ducibus Brunsvicensibus Archiepiscopus Bremensis & Episcopus Verdensis, in *Magnum* hunc Ducem, atavum suum, scripsit.

### IX. Notitia rei nummariæ Luneburgicæ, Hamburgensis & Lubecensis ab A. D. 1325. ad A. D. 1525. ex MSto.

**Q**uoniam magnæ sæpe difficultates occurrunt in explicandis veteribus contractibus, ubi de monetarum aestimatione agitur; opera pretium visum est, hanc brevem notitiam conservari. Adjungi his potest *Tilemanni Frisi Speculum Monetale* editum, qui in his regionibus vixit, nec spernendam talium notitiam habuit; et si multa adhuc in eo genere indaganda supersint.

### X. Henricus Lange de Origine Belli Prælatorum Luneburgici, ex MSto.

**H**unc libellum vernaculo sermone scripsit *Henricus Lange*, unus ex Consulibus urbis, claræ vir familiæ, quæ paulo ante *Verdensibus* Episcopum dederat, qui numeratur vigesimus nonus. Implicitus autor fuit turbis, quæ urbem insignem non medioriter circa seculi decimi quinti medium affixere. Res ita habet: Post Saxones Alscanius ad *Winsam Alleræ* viatos, urbs Luneburgica fese Ducibus suis iterum submiserat. Sed cum durante bello magnum æs alienum conflasset, pecuniaque in defensionem urbis ipsorumque adeo bonorum saliniorum versa diceretur: postulabant cives, ut qui ex salinis redditus capiebant, pecuniam ad nomina publica expungenda conferrent. Magna pars bonorum saliniorum ad Ecclesiæ, Monasteria, vicinosque adeo Prælatos spectabat. Illi ægrè adduci poterant, ut onus subirent. Senatus post multos tractatus inutiles, sententijs nonnullorum Jureconsultorum confisus, tandem manu

rem agit, partemque redditum capit. Res in *Curiam Romanam* defertur, restitutio imperatur: cum non obtemperaretur, sententia *Nicolai V.* Senatus urbicus excommunicatur; Cives quoque excommunicati declarantur, nisi intra certum tempus Senatum mutent. Ita partim metu sacri fulminis, partim artibus quorundam, ad gubernacula aspirantium, cives *veterem Senatum gradu dejiciunt*, novos substituunt, hisque sexaginta viros adjungunt. Cesit Senatus prior resignavitque die Clementis A. D. 1454. Depositis Senatoribus rerum personarumque incolitas pacta erat; sed partum male servatum est. Autor inter eos fuit, qui diu in custodia egere, tandemque bona redimere sunt coacti. Cæterum quis rei exitus fuerit, autor noster non habet. Sed aliunde constat, novos rectores neque peritiam neque fidem ad rem publicam gerendam attulisse, quæ desiderabatur: multas impensas fecisse stabilienda autoritati suæ, quibus ærarium magis gravabatur; loca etiam nonnulla, à vicinis potentibus urbi oppignorata, pecuniâ non redditâ restituisse, ut gratiam eorum captarent. Cumque paulatim oculi civium aperirentur, depulsâ superstitionis affectuumque nebula: novi rectores, male sibi mætuentes, optimates vicinos subinde in urbem accersebant, & cum iis capita conferebant. Unde cives metus subiit, posse consilia agitari pernicioса libertati, quando turbones, nisi per calamitates publicas, de labyrintho exire non posse viderentur. Itaque tandem communi consensu *revocant veterem Senatum*, plerosque ex novo & sexaginta viris pellunt. Sed inde censuræ Ecclesiasticae invalescebant. Videbantur bona excommunicatorum omnibus exposita. In vicinis urbibus, *Lubeca* præsertim & *Hamburgo* variabant sententiae; sed potiores Luneburgensium causam probabant. At *Wilhelmus Senior*, Dux Brunsvicensis Welfebytanæ lineæ cum filio *Friderico*, occasione captatâ, rebus Luneburgensium manus injicit; ditionem *Johannis Episcopi Verdensis* vastat. Episcopus diu id egerat, ut Prælati cum urbe æquis conditionibus paciferentur; & nunc urbi favebat, censurasque Ecclesiasticas incurrisse videbatur. Etiam *Fridericus Dux Cellensis* Prælatorum rigorem non probabat. Itaque hujus quoque ditiones *Wilhelmus* invasit. Ei vicem reddit *Fridericus Cellensis*, adjuvante filio *Bernardo*, Episcopatus Hildeshemensis Administratore, & *Johanne Episcopo Verdensi*. Et cum Prælati *Wilhelmi* Ducis arma excivissent, prædia ipsorum rapinis hostium vicissim objiciebantur, & amicos etiam graves sentiebant: nec Roma- na fulmina ab armatis curabantur. Hæc acta circa annum 1458. Tandem ergo in *Regem Danie*, (qui tunc Hollatiam obtinebat) Episcoposque, *Sverinensem* & *Lube- censem*, tanquam in arbitros consensum est, gravi mulctâ in eos constitutâ, qui arbitrorum sententiae stare nollent. Arbitri pro urbe hac tenus pronuntiaverunt, ut certa pars redditum, ex salinis per annos definitos detracta, exolvendo ari alieno urbis im- penderetur. Ita magno utriusque partis damno res tandem composita est Anno Do- mini 1461.

#### XI. Oda Saxonica brevis, & carmen Saxonicum prolixius, qui- bus Bellum Hildeshemensē Anni M D XIX. & seqq. vulgo Stiftische Fehde, à contemporaneis describitur, ex MSS.

**N**otissimum est in his oris bellum Hildeshemensē, vulgo *Stiftische Fehde*, quod an- no Domini 1519. exarsit inter Episcopum Hildesiensem *Johannem* ex Ducibus Lau- enburgicis, cum *Henrico* Duce Brunsvicensi Cellis residente foederatum, ab una parte; & Duces Brunsvicenses alterius lineæ, quæ hodie extincta est, *Ericum Calenbergium*, & *Henricum Gvelfebytanum*, ex Henrico Erici fratre natum, vulgo dictum *juniorem*, ut à Cellensi distingueretur. Cellensem Historici *medium* vocant, nempe ut Henrico se- niori patri, & Henrico juniori filio eum opponant, conjungentes inter se eos, qui eo- dem tempore non regnarunt. Sed diplomatum stylus Henricum medium ignorat. Vivente patre Henrico Gvelfebytanus junioris, Cellensis Henricus senioris appellationem sumvit. Episcopo & Luneburgico affuere *Johannes Comes de Schowenburg*, itemque *Comites*

*Comites de Hoya, de Lippia, de Depholte & de Retberg.* Auxilia etiam à Johannis fratre *Erico* Episcopo Monasteriensi, vel affuere vel sperabantur. Ducibus favebant fratres *Henrici junioris, Christophorus* Archiepiscopus Bremensis & Verdensis, ac *Franciscus Mindensis*; *Comites item de Regenstein & Wunstorf*, ac *Dynastæ de Plesse*. Affuere etiam auxilia à *Georgio* Duce Saxonie, cuius sororem Catharinam *Ericus* in matrimonio habebat; & à *Philippo* Hassiae Landgravio, et si dissensione ex ineptis gregariorum militum conviciis ortâ, Hassi discesserint. Huic ergo bello tota penè Saxonia inferior Westfaliaque implicata est. Nobiles quidam, qui favore Ducum niti dicebantur, non nullas arces Hildesemensis territorii oppignoratas tenebant, & pecuniâ oblatâ restituere tergiversabantur. Erant & inter duos Episcopos vicinos, *Johannem & Franciscum* controversiae non magni momenti, quæ tamen ferocia utriusque, pro more temporum, in odia creverant. Sed occultiores causæ majorisque momenti latuisse feruntur. *Franciscus I.* Rex Gallie, spei Imperii imminens, creditus est Episcopum *Johannem*, eique amicum Ducem, pecuniis sollicitasse, ut facilius in turbido Germanie pescaretur, & scissione, (ut sperabat) inter Electores factâ, haberet à suis partibus staturos. Vix *Maximilianus* Imperator initio anni (12. Januar.) obierat, cum Episcopus *Johannes* erupit, & nulla, ut tunc juris erat, belli denuntiatione præmissâ, primum Episcopi *Mindensis*, adhuc imparati, ditionem invasit, ferroque & igne grallatus, urbem *Mindam*, & arcem Episcopi *Petersbagam* sibi subjicit. Inde per Calenbergicam regionem iter reflectens, aliquot opida combusit. Duces collectis viribus contractisque auxiliis, vicem Episcopatu reddunt. *Fridericus* Dux Saxonie & Princeps Elector, Vicarius Imperii, frulbra pacem svadet. Tandem Ducibus Brunsvicensibus bellum in agrum Luneburgicum agnati Principis transferentibus, concurritur in latè patentibus ad *Soltaviam* campis, in vigilia festi, Petro & Paulo dicati; qua die etiam *Carolus V.* Francofurti electus est. Ibi cum pars equitatû expectata venire tardasset, Brunsvicenses magno prælio vincuntur; *Ericus ipse* Dux, & frater *Henrici junioris* *Wilhelmus* capiuntur. *Ericus* Henrico senori seu *Cellensi* cefit; *Wilhelmus* Hildesiensi Episcopo *Johanni*: & *Ericus* quidem eodem anno, lytro soluto, dimissus est. *Carolus* Imperator pacem imperat; Episcopus non paret, nec capta loca Cæsari sequestro tradit. Itaque Cæsare in Brabantiam digresso, proscriptur IX. Cal. Aug. anni 1521; Ducibus executio banni demandatur. Ita arcæ & prefecturæ Episcopatus, aliae post alias, vi vel deditio capiuntur. Pleraque pingnoris jure tenebant vicini nobiles, Episcopi turbonis fautores: ita & in ipsis incubuit malum. Sic per annos 1521. & 1522. pleraque ditionis, victoribus cessere. Tandem, intervenientibus amicis, Duces cum Capitulo Cathedralis Ecclesiæ & Senatu Hildesheimensi *Quedlinburgi* in vigilia Ascensionis anni 1523. transigunt, capta retinent; investituram deinde ab Imperatore obtinent. Episcopus ab omnibus desertus, tandem & Episcopatu cedit. Quædam in hoc bello acta autor carminis minutatim exponit, ut adeo compienda Historia nostræ profuturus videatur. Cum *Winzenburgensis* arcis obsidionem describit, quæ ad ditionem adacta est, cum ignis scintilla in pyrum arcis pulvrem incidisset: alludit ad *Hodikonis demonis Winzeburgici* narratiunculam in vulgo notam, cumque pulveri ignem immisisse air:

Hödeken hadde darmede syn spēl,

He makede, dat dat Fur in dat pulver fēl.

Narrant enim *Buntingius* aliique hujus notæ scriptores ex antiquioribus fabulatoribus, *Hermannus* novissimo *Comite de Winzenburg* cum uxore gravida occiso à ministeriali suo, cuius uxorem adulterio polluerat; genium quendam, *Hödeke* (id est, pileolum) dictum, arcis incolam, statim Episcopum Hildesheimensem *Bernhardum*, adhuc in lecto mane jacentem, occasionis capillatae admonuisse: *surge, inquit, o tonsæ, & Winzeburgum vacuum cape*. Huic carmini præmittendum visum est alterum tempore prius, quod etiam huic occasionem dedisse videtur, in quo Episcopales pœna canunt, victoriæ in Soltaviensibus campis partâ, quâ duo Duces Brunsvicenses capti sunt. Conversis ergo rebus, vicem ipsis redditam appetet.

XII. Fragmentum Chronicorum Hildesheimensium, vernaculo Saxo-num sermone scripti, ex MSto.

**E**st in manibus Codex MS. recentior, historiam Hildesheimensium Episcoporum carmine complectens, sed dialecto Germanorum communis, finiens in exitu *Ernesti*, ex Bavariae Ducibus Archiepiscopi Colonensis ac Principis Electoris, Episcopi Hildesheimensis, qui A.D. 1612. obiit. Versus sunt, quales illa ferebant tempora. Primus enim *Martimus Opitus Silesius*, vir doctrina & ingenio summus, adulto seculo decimo septimo, poësin Germanicam in suum decus afferuit, ut aliarum gentium nulli concedat. Hoc quidem opus edere nostri instituti non est, sed quia adscriptum ibidem reperimus fragmentum Hildesheimensis Chronicorum antiquioris, coepit ante Evangelicam Reformationem, et si in eam usque continuati; perire hoc, quicquid est, noluimus. Processit autor usque ad A.D. 1525. Alius deinde quædam adscripsit ab anno 1546. ad annum 1583. Denique aliis novissime paucula adjecit, sed dialecto communis, (quæ magis magisque in his oris inva-lebit) pertinentia ad annos 1597. 1599. 1609. quæ cæteris adhaerere passi sumus.

XIII. Johannis Stadtweg Poppdikensis Chronicum, idioma-te Saxonum vernaculo scriptum, ex MSto.

**H**oc Chronicum ex Archivo Civitatis Hildesheimensis, incliti Senatus indulgentia, obtinuit mihi vir celeberrimus & scientia historiæ pariter atque experientia artis Medicæ clarissimus, DN. *C.B. Behrensius*. Extare ibi didici ex *Henrici Meibomii* avi citatis, *Tr. de Irminisula* pag. 6. Tomo tertio Operum, & in *Vindictis Billinganis* pag. 40. qui illis in locis autoritate hujus scriptoris usus est. Omissis anterioribus expressissimum tantum, quæ inde à Caroli M. ævo habet. Ejus usus potissimum erit in postremis, quæ temporibus autoris sunt viciniora. Brunsicensium Principum res sæpe attingit. Finit illi morte Alberti II. Austriaci, Regis Romanorum.

XIV. Chronicum Brunsicensium picturatum, dialecto Saxonica conscriptum, autore Conrado Bothone, civi Brunsvi-censi.

**H**oc opus citari solet sub nomine *Chronici picturati*, quoniam plenum est figuris xyloglypticis more illius temporis, sed quarum magna pars inanis & inutilis est; unâ eademque, pro quovis prælio, pro quavis obsidione, pro quovis Imperatore, quo-vis Papa, quovis Episcopo, inserviente. Itaque selectas tantum retinuimus, eas in pri-mis, quæ ad veteres divinitates & ad insignia pertinent. Scriptum est dialecto Saxonica, quo nomine solet intelligi *dialectus Saxonie inferioris*, qualis maximè in terris Brunsvi-censibus viget. Et ab homine Brunsicensi conscriptum esse, vel ex eo constat, quod res ditionum Principumque Brunsicensium præ aliis explicat; et si etiam alia Saxonica, & subinde etiam extranea, prout res poscit, inferantur. Finit in anno Domini 1489, & prodiit *Moguntiae* sub titulo: *Cronecken der Sassen*, in folio minore, anno Domini 1492. ex officina typographica omnium prima, nempe *Petri Schofferi*, qui *Johannis Fausti* inven-toris fuit gener. Hæc enim in fine leguntur: *Düsse Kronecke van Keyseren und anderen Fursten unde Steden der Sassen mit oren Wapen heft geprint Peter Schoffer van Gernssheim in der edelen Stadt Mencz, die ein Anfang is der prentery, in deme Jare na Christi gebort dusent vierbundert LXXXII. uppe den festen dach des Merczen.* Opus hoc egregium, quod *Cranzius* in multis secutus est, quod *Pomarius* & *Dresserus* in communi Germanorum dialecto suo arbitrio mutatum, interpolatum & continuatum dederunt; cum vetus & sincera editio rara admodum facta esset; incidi reddidimus dialecto sua, quale ab autore datum erat; suppletis, quæ resecta erant, restitutis, quæ murata, omissis quæ inserta: cum interpolatores ex opere, hanc *inferiorem* potissimum spectante *Saxoniæ*, chronicum universale confidere sint conati; quorum labores non contemnimus, sed ab antiquioris autoris genuino opere merito secernimus. Bona autem fortuna Au-

to-

toris nomen didicimus ex verbis, quæ ascripta sunt Exemplo, quod in Serenissimi Electoris Brunsvicensis Bibliotheca extat, & fuit olim in manibus Johannis Kerkeneri Officialis Brunsvicensis, qui ista sua manu secundæ paginæ, (quæ tituli est aversa,) inscripsit: *Illam Cronicam anno 1537. die Luna post Blastū, de pecunia ex testamento (Alberti) Lysseman pī recordationis, à Johanne Bockbynder in Bruns. pro X. solidis novis & XVI. denar. Bruns. Ego Johannes Kerkener officialis emi, quæ ad librariam in Wernigerode debet pro posteris poni; quam CORD BOTHE crvis Brunswicensis, & patruus illorum civium, nomine de Bothen, in Wernigerode morantum, congeſſit: & est impressa anno 1492. quo anno ego scolas in Halberstat B. Virginis frequentavi, civitasque Brunsvicensis per Ducem Hinricum fuit obſeffa.* Idem, qui hæc scripsit, alio loco, in foliis libro insertis, scribit, se officialem Brunsvicensem factum A. D. 1507. Est & folium eidem libro insertum, in quo idem Kerkenerus hæc notavit: *Ego Johannes Kerkener istum librum feci renovari, pro quo quinque solidos Halberstadenses ex testamento Domini Alberti Lysseman exposui, qui pie anno 1523. in Domino defunctus (est) multosque libros ad Bibliothecam, in Wernigerode noviter extructam, in suo testamento legavit: nec non sexcentos florinos in auro pro pauperibus in Wernigerode, & pro parte ad divinum cultum assignavit; cuius anima in sancta pace requiescat. Amen.* Alio loco eundem Lysemannum, ait, fuisse virum piū & doctum. Porro idem officialis brevem quandam continuationem addidit huic Chronicō, quam typis adjicere, opera et premium visum est.

Hoc opus ut prodiit, magno statim applausu exceptum est, magnæque autoritatis habitum. *Albertus Cranzius* Decanus Hamburgensis in Metropoli & Vandalia, sed maximè in Saxonia eo usus est plurimis locis, & non pauca, in quibus autore nullo nititur, hinc sumta deprehendi; qualia sunt, quæ habet de forma Irminisulæ & Deorum Saxoniorum. Idem opus fundus deinde fuit ejus, quod dialecto Germanica communi, titulo: *Chronica der Sachsen und Nieder Sachsen* composuit *M. Johannes Pomarius*, antea parochus S. Petri in veteri urbe Magdeburgensi, & plurimum per Saxoniam urbium Consulibus, Senatibus & civibus inscripsit, anno 1588. *Magdeburgi* in foliis, quam vocant, forma editum. Ibi non pauca omittit, quæ Pontificiam religionem sapiebant; alia suo modo judicioque emendavit, nec pauca adjectit; denique annales ad annum usque 1588. continuavit, totis pene centum annis adjectis. Cumque exemplaria mox distracta essent, *Matthaeus Dresserus* Professor Lipsiensis Pomarianum opus prælo reddidit anno 1596, & eo usque continuavit. De Pomariana editione atque versione *Henricus Meibomius* senior, judex harum rerum optimus, ita judicat in Chronicō Riddageshusano non procul initio: *Chronicon Saxonicon Brunsvige olim, nescio à quo, vernacula lingua conscriptum, & Moguntiae 1492. typis expressum est. Proximus annis Magdeburgi, inepte & ineruditè versum, denuo prodiit. Schurzfleischius quoque, (quem nuper non mediocri Germaniae & meliorum literarum jactura amisimus) in diss. de Marchia Misnenſt §. 1. annotat, verba Chronicī à Pomario aliquando non ex mente autoris redditā fuisse.*

Cæterum multa sunt in hoc Chronicō, quæ alibi non invenias, mixta quidem fabulis, sed continentibus plurimū veri solidique. Exemplum dabo in origine Familiae Brunsvicensium Principum, quæ nunc floret. Circa tempora renascentium literarum & Reformationis Ecclesiæ, apud ipsos Duces Brunsvicenses & Ferrarenses origo communis ignorabatur. Norant Brunsvicenses Principes, majores suos *ex Svevia & Bavaria*, & fundatorem gentis in has superioris Germaniæ regiones *ex Italia* venisse: sed quænam ea fuisse Italiae familia, unde originem duxisset, juxta cum ignarissimis sciebant. Nam veteres autores tantum dicere solebant, *Azonem*, patrem *Welfi* Ducis, fuisse *Marchionem Italorum vel Longobardie*; gentem locumque non exprimebant. Vicissim Ferrarenses Dukes ignorabant, Brunsvicenses ejusdem stirpis esse; ut ex *Petro Sardo*, rerum Ferrarensium scriptore ante Pignam, intelligi potest. Tantum sciebant, quendam *Welfum*, filium Azonis, profectum in Germaniam, ibique factum Comitem. Sed ipsum natu minorē faciunt, & Comitatum ei, nescio quem attribuunt *Friburgensem*, ex veteribus qui-

busdam notitiis corruptis aut male lectis: cum tamen Welfus esset primogenitus, factusque mox *Dux Bavariae*. Sed cum literarum lux resplendesceret, admoniti sunt veræ originis, idque ex *Aventino*, opinor, qui primus typis prodidit, Azonem, Guelfi Ducis patrem, fuisse gente *Estensem*. Quo intellecto, *Alfonius Dux Ferrarie Hieronymum Faletum*, virum literis scriptisque clarum, in Germaniam ad Brunsvicenses usque Duces misit, & antiquæ necessitudinis memoriam renovavit. At noster *Conradus Botho* aliquid veri velut per nebulam vidi ex vetustioribus quibusdam, qui hodie intercidere aut latent. Sic enim habet ad annum 987. *Greve Konnz van Beyeren nam des Marggreven Dochter van dem Berge Calym, unde synd des geslechtes der Margghreven to Montou, de het Azem; de telde om dreyföne: De erste het Wolpy, de krech wedder van den Keyser dat Hertochdom to Beyern. De ander son de het Borkart, de wart ein Bisshop to Halberstat. De dridde son het Symon, de wart ein Bisshop to Bremen.* Id est, *Comes Cunzo de Bavaria duxit filiam Marchionis de Monte Calim, & sunt (isti Marchiones) de familia Marchionum de Montou (Mantua) ea appellabatur Azem, & peperit ei tres filios: primogenitus dicebatur Wolpy (Welfo) is recepit ab Imperatore Ducatum Bavariae. Alter filius appellabatur Borkartus, qui factus est Episcopus in Halberstat. Tertius erat Simon, qui factus est Episcopus in Bremo.* Hic ante omnia corrigendus est jocularis error autoris, qui nomina mariti & uxoris permutavit. *Azo* erat Maritus, & *Cuniza* (id est Cunigundis) erat uxor, filia Principis Bavarici: ex quo matrimonio natus Welfo, ab Imperatore Ducatum Bavariae non quidem recepit, (nam maternus avus & avunculus *Principes* quidem in *Bavaria*, sed non *Bavaria* Duces fuerunt) sed accepit; *Ottoni Saxoni*, gente Northemio, ipsius Welfonis socero, ademtum. Illud vero egregium est, in alio edito tunc autore aut noto non extans, patrem Welfi Ducis fuisse *de Monte Calim*. Est autem *Calaonis arx* proxima oppido Atestino, & fuit de antiquo *Estensi* sibi patrimonio. Itaque Annalista antiquus nondum editus habet, Azonem fuisse (*Dynastam*) *de Castris Estim & Calim*. Cæterum quæ de fratribus Welfonis, *Burcardo* Halberstadensi Episcopo, & *Simone* Bremensi habet autor noster, falsa sunt, & nec scio quo errore nata. Fece-re tamen, ut postea *Estenses Historici* ipseque *Pigna*, *Albertum* Archiepiscopum Bremen-sem (longè alia gente ortum) hoc referrent. Nam nullus inter Bremenses Simon re-peritur. Ad annum 943. Botho noster dixerat, Comitem *Welfonem*, filium *Rodulfi deo Bavaria*, duxisse *Adelbeidem* filiam Comitis de inferiore *Bada*, (Svevicam intelligere videtur, ab Helvetica distinctam) & inde natum *Conradum* Comitem Bavariae; quæ dis-cutere non vacat.

Atque haud scio, an non & Conradus Botho in Chronico hoc nostro primus prodiderit anno supra citato 987; ex aliis haud dubiè haustum, sed quos ignoramus, à Cranzio autem repetitum & autoritate donatum; medios Principes Brunsvicenses, qui scilicet post Regnum vel Imperium, ad veteres Brunsvici Dominos in *Henrico Aucupe*, & *Ottobus* delatum, Brunsvicensem urbem cum agro vicino tenuerunt, fuisse ex eadem cum Ottobus stirpe. *Henricum* nempe, fratrem Ottonis Magni, Ducem Bavariae, præ-ter primogenitum Henricum, in Ducatu successorem, (Henrici Sancti Imperatoris pa-trem) habuisse filium *Brunonem*, cui data sit regio aliqua circa Brunsvicum, in qua sita Melverode, (*Melv rode de hoghen wort*); postea *Ludolfum* Comitem, ejus filium, obti-nuisse *Tanquaderodam & Bruneswicum*. Atque hinc tandem intelligo, quid sibi voluerit Monachus Hamerslebiensis in excerpto, priore Tomo num. 38. edito, qui *Gregorium V. Pontificem* ait natum in *Melverode*. Villa vel vicus est non procul Brunsvico, vix uno ab urbe lapide, Gvelfebyrum tendentibus dexter. Ex Chronico autem Conra-di Bothonis nostri picturato cognoscimus, extitisse autores olim, qui tradidere, *Ottonis II. Imperatoris* consobrinum habitasse tunc in dicto loco tanquam in Apannagio quodam; & quia putabant, *Gregorium V.* antea Brunonem, Ottonis III. cognatum, Saxonem fuisse: facile sibi persuaserunt, cundem filium fuisse *Brunonis*, prope Brunsvic habitantis; adeoque natum in Melverode dixerunt, ut originem indicarent, perinde ac si ex Princi-pibus Brunsvicensibus mediis ortum dixissent. Ex quo intelligas, Chronicci picturati auto-

autorem in assignanda origine Principum Brunsvicensium mediorum non fuisse destinatum autoritate anteriorum. Et si autem asseveratio ejus certa non sit, nondum tamen aliquid occurrit, unde certo refutari possit. Et sententia verisimilitudine non caret; tum quia *Brunsvicum* postea tenuere, Ottonianæ familiae patrimonium; tum quod Bruno ille Princeps, extincto Ottone III. ad regnum aspiravit, ut ex veteribus constat. Unde originis admodum illustris eum fuisse oportet. Et Brunonis ac Ludolfi familiae nomina, etiam in Ottonum familia occurunt. Denique *Ecbertus* gentis ultimus contra Henricum IV. surrexit Anticefar.

Notabile etiam est, quod noster habet, Annalibus Francorum ignotum, sed ab antiquo poëta, à *Reineccio* edito, etiam proditum; in Comitiis, ad Palatum *Salzæ* in Franconia, (quod est nascenti vicinum *Sale* Franconico anni, à Thuringico differenti) A. D. DCCCIII. habitis, Saxonum libertatem stabilitam, ad instar Francorum, & ita unam ex utroque populo Rempublicam factam. Verba nostri autoris ita habent: *DCCCIII.*  
*In duff' m Jare was cyn grot ertbeving, unde Keyser Karle unde Hertoch Wedekint de togen over de Elv to Salza by der Sale; dar gaff he de Sassen fry, dat se scholden beten de frygeboren Sassen, &c.*

Poëta autem Arnulfo æqualis ita canit:

Nobilis hic annus longi certamina belli  
Tandem, Saxones inter Francosque peracti,  
Firmo perpetua conclusit foedere pacis.  
Augustus pius ad sedem, *Salz* nomine dictam,  
Venerat: huc omni Saxonum nobilitate  
Collecta simul, has *pacis leges* inierunt.

Et post pauca.

Tum sub judicibus, quos Rex imponeret ipsis  
Legatisque suis, permitti legibus uti  
Saxones patriis, & libertatis honore.  
Hoc sunt postremo sociati foedere Francis,  
Ut gens & populus fieret concorditer unus,  
Ac semper Regi parens æqualiter uni.

Plura memorabilia hujus Chronicorum, quæ sanè plurima sunt, notare nihil attinet.

XV. Chronicon breve Principum Romanorum, qui Goslariæ aut in vicinia egere, & Ecclesiæ privilegiis donaverunt, dialecto Saxonica scriptum, ex MSto.

XVI. Catalogus Reliquiarum Ecclesiæ Collegiatæ Goslariensis, vulgo das Münster dictæ, ex MSto.

**H**æc duo opuscula, in Manuscripto Codice reperta, hoc loco inserere, operæ pretium visum est. Fortasse unus idemque utriusque autor fuit. Prius finit in anno tertio *Adolphi* Regis Romanorum, videturque autor ejus non diu post vixisse. Cum vir egregiè doctus ac diligens DN. *Joh. Mich. Heineccius*, in Ecclesia SS. Petri & Pauli ejusdem urbis verbi divini tunc Minister, nunc *Halas* Saxonum ad Sacrum munus translatus, nuper Antiquitates Goslarienses laudabili studio ediderit; suffecerit hæc cum opere ejus conferri. Placet tantum notare hac occasione, Monumentum lapidi incisum, in choro Ecclesiæ præeminens, quod vulgo Goslarienses Mechtildi, filia Henrici III. fundatoris tribuunt, at Cl. *Heineccius Gisèle*, matris ejus esse suspicatur, videri ipsius esse Henrici III. viroque magis quam foeminæ convenire; ut ex aliis hujusmodi figuris appareat, quæ in sigillis & monumentis extant. Sanè, ut observavit Dn. *Heineccius*, corpus *Spiræ*, viscera ejus *Goslariæ* condita esse, *Theodericus Longus Einbeccensis*, & ex eo *Engelhusius*, autor *Chronici picturati*, quem Conradum Bothonem esse ostendimus, & *Heinricus Bodo* in Syntagmate Gandeshemensi habent; idque rationi maxime conséntaneum est, et si extranei scriptores non notārint; cum Imperator in vicinia obierit, & Ecclesiæ hanc fundārit dilexeritque.

XVII. Antiquissimæ Leges Municipales Civitatis Brunsvicensis,  
ex MSto.

XIX. Ordinarius Senatus Brunsvicensis, jussu ipsius conscriptus  
anno Domini MCCCCVIII, ex MSto.

XIX. Antiquissimæ Leges municipales Cellenses MCCCCI, ex  
MSto.

**H**As Brunsvicensium leges antiquas à Duce *Ottone I.* (vulgo Puer) fuisse latae, & ab Imperatore *Friderico II.* confirmatas, quidam recentiore manu ascripsit codici membranaceo, qui fuit Viri Amplissimi *Henrici Avermanni*, urbis Brunsvicensis, cum juvenis esset, Secretarii; tandem Vicecancellarii Ostfrisi. Cap. 2. n. 5, dicitur, *inninghe sal stan, alse by Keyser Ottentiden*, tribus seu corpora subsistere debent, ut erant tempore Ottonis Imperatoris nempe quarti, qui urbem tenuit, dum vixit. Videtur tamen hic esse codex Legum secundæ recensionis, instituta sub *Alberto I.* filio Ottonis I. qui paternas leges renovavit & auxit. Hoc colligo ex cap. L n. 51. ubi legitur: *Alse de borghere van Brunswik hadden by unses alten Heren tiden an Lande unde an Watere; dat silve recht hebbe we nu van unses Heren gnaden.* Uti cives Brunsvicenses habebant temporibus senioris *Domini nostri* terra & aqua; ita jus nunc habemus gratia *Domini nostri*. Ubi per seniorem suum Dominum Brunsvicenses videntur intelligere Ducem *Ottonem I.* & per Dominum præsentem ejus filium *Albertum I.* Adjuvat conjecturam, quod c. 2. n. 26. ubi dictum: *ein ghibde (man) mach den anderen umme schulteder umme broke wol vorclaghen vor sine Meßtere;* quidam glossator, qui sequente seculo vixit, ascripsit margini: *1268. by H. Albrechts tyden, ut dem Gilden-Breff, id est, anno 1268. tempore Alberti Ducis, ex privilegio Gildarum seu corporationum.*

Notandum est, quod in his Legibus bis mentio sit judicij dicti *Vemeding*, nempe cap. I. n. 59. his verbis: *Id ne shal neyman den andren Wroghen in dat Vemeding bi Wanen, id en si witlik deme Rade,* id est: Nemo alterum in jus vocare debet ad judicium dictum *Vemeding*, propter opinionem (seu rumorem, famam) nisi scientie senatu. Et cap. I. n. 1. his verbis: *S' we van dem Vemedinghe gheyt, er orlof is ghegeven, de shal boten mit vif shill,* id est: Siquis à judicio dicto *Vemeding* recedit sine licentia, is debet multam solvere quinque solidorum. Contractè dicebatur *Fedyngb*, ut patet ex Chronico picturato Conradi Bothonis ad annum 1365, qui ita loquitur: *In dussem sulven jare do was to Brunswik ein Fedyngb, dat örter achte worden, berund unde gehenghet.* Unde apparet, ex inquisitione in haereticos originem suam habuisse. *Veneding* videtur significare judicium famæ sive existimationis, & fuisse quædam extraordinaria censuræ species, initio quidem autoritate publicâ institutâ; sed cui se postea ingessere privati homines, qui dicebantur *Femeri*, quales hodie *familiares* inquisitionis apud Hispanos. Sed *Femeri* sibi autoritatem quandam & occulti judicij speciem arrogabant; contra quos peculiarem libellum *Johannis de Francofordia*, edidit Marquardus Freherus. Hi maximè in Westfalia invalueré, prætextu impios, sagas, haereticos, persequendi. Coierant isti homines in arcana quædam collegia, & prætextu specioso ab Imperatoribus & Regibus privilegia quædam obreptitia elicuerant, quibus nitebantur; & potentes patronos sibi quæsierant, & multis lites turbasque, tenebricosis & confusis illis Germaniae temporibus, excitabant, ad *Caroli Magni* institutionem, se falsò referentes. Vocabant sese *scabinos liberi* vel etiam *arcani judicij Westfalici*. Ad tantam postremò potentiam pervenire, ut formidandi haberentur, & pañim loca se peculiaribus contra eos privilegiis munirent; donec discussa magis magisque barbarie temporum, cognosci spernique cœpere, ac tandem *Legi* publica sunt suppressi. Ex ipsis autem legibus patet, jam seculo XIII. tale fuisse judicij genus, sed alià planè formâ, cum sub magistratus loci inspectione esset: prorsus, ut inquisitores haereticae pravitatis Pontificii apud Venetos nihil, nisi consciis iis, possunt, quibus Senatus id negotii dedit, ut eorum actibus invigilent.

Notatum etiam dignum est, jam eo seculo *Halecum* vel harengorum, tam recentium quam fumo induratorum, usum magnum fuisse in his oris. Nam cap. 3. n. 5. fit men-

mentio *haringi*, & n. 10. *Buckingi*, id est, halecis infumati. Unde colligas, aut inventio-  
nem haleces saliendo *Johanni* (vel ut alii appellant *Wilhelmo*) *Bæckholde* Belgæ non de-  
beri, (cujus sepulchrum hoc nomine *Carolus V.* honorasse dicitur,) aut eum prius vixisse,  
quam creditur. Sanè de *Danis* jam *Arnoldus* in *Cronico Slavorum* lib. 3. cap. 5. O-  
mnibus divitiis abundant propter punctionem, quæ quotannis in *Sconia* exercetur; ad  
quæ omnium circumquaque nationum negotiatores properantes, aurum & argen-  
tum & cætera quæque pretiosissima deferunt, comparatis *halecibus* &c. Quoniam ta-  
men constanter apud Flandros traditur, circa A. D. 1397. *Bierwelti* in Flandria obiisse  
*Wilhelnum Bæckholdum* pescatorem, qui primus Belgarum haleces saliri, muriaque con-  
di in vasis, docuit; usque adeo, ut ipse *Carolus V.* Imperator cum *Maria Hungariæ*  
Regina sorore sepulcrum ejus adisse anno 1556, & piis ejus manibus bene precatus dicatur;  
ut in *Opmeerii Chronico & Lud. Gviciardini* descriptione Belgii habetur: ideo credide-  
rim ego, vel aliquid tantum addidisse eum arti, vel eam à *Danis* ad *Belgas* transtulisse,  
ibique introduxisse ignotum antea commercii genus. Sunt alioqui in his legibus mul-  
ta, quæ neque cum jure civili, neque cum *Saxonico* communi, hodie cognito, conveni-  
unt, velut, quod cavetur c. 2. n. 48. duodecenni invito non posse obtrudi tutorem vel  
curatorem; cum jure Romanorum Civili puberi quidem invito curator non detur, im-  
puberi autem invito detur tutor; & eodem jure foemina quidem duodecennis ad puber-  
tatem pervenisse censeatur, mas autem demum quatuordecim annos natus. Et. n. 49.  
donatio ejus, qui nondum octodecim annos complevit, invalida pronuntiatur; cum  
*Jus Saxonum* commune demum post annum ætatis 21, *jus Civile Romanum* post an-  
num 25. majorem ætate hominem agnoscat. Sed talia plura persequi nunc non vacat,  
& legenti facilè occurunt.

Non pauca etiam hinc cognosci possunt pertinentia ad antiquum statum civi-  
tatis. Tres urbis partes, pro totidem opidis habitas, jam tum stetisse, *Paleopolim*, *Inda-  
ginem*, & *Neapolim*, discimus ex c. 5. n. 17. & aliis locis. Duces habitabant in palatio castris;  
Castrum hodie vocatur *die Burg*, fossaque est circumdata, in quo etiamnum palatium  
Principum situm est; sed tunc in eodem castro habitabant etiam familia & mini-  
steria Ducis. Ducum palatum vocatur *burghus* (domus castri) à glossatore ad c. 2. n. 40.  
ubi sermo est de eo, qui vasallum vel ministeriale, (man oder dimestman) offendit.  
Notatur etiam c. 1. n. 15. si quis ministeriale in jus vocare velit, adire debere *Marschal-  
lum Ducis*. Dux autem habebat suum *Advocatum* (*Vogt*), *Stadt-Vogt*, qui sedebat in  
senatu & judicio, partemque multarum accipiebat, ut ex compluribus locis patet.

*Veteris* etiam lingvæ *Saxonicae*, & generaliter *Teotisca*, cognitio ex his legibus &  
scriptis similibus haud parum augeri poterit. Grammatica, qualis hic est, multum dif-  
fert ab illa, quæ seculo sequente & hujus fine invaluit, atque adeo hæ leges multo sunt  
intellectu difficiliores quam versus *Chronici Gandeshemensis* aut *Chronici Rhytmici*  
*Brunsvicensium Principum*, quæ jam recensuimus. Quod signum est, in legibus veteres  
loquendi formulas diutius esse retentas quam in aliis scriptis: nam alioqui *Chronica* il-  
la non multum ab hoc tempore absunt. De vocabulis aut phrasibus aliqua in specimen  
notabimus: *Echteding*, de quo aliquoties, videtur esse judicium posterius seu secundum,  
nam *achter* est post. *Mit synes enes hand* c. 3. §. 27. significat, si quis sua sola manu jurare  
potest, nec opus habet con-juratoribus vel confacralentalibus. *Sack wolde*, (qui sæpe  
occurrit) est causa Dominus sive primarius litigans, seu is, ad quem causa pertinet. Ho-  
die de eo sumitur, cui causa potestas credita est, seu de mandatario vel procuratore.  
*Schroder* c. 5. n. 16. est idem, quod *Sneider*, sartor Latinis; nam *scroden* est secare, divi-  
dere. *Wegge* (hodie *Weck*) est panis, proprie conus, à forma; nam *Wedge* hodieque  
conus est Anglis. Cap. 2. n. 56. *drrvende meghede* sunt lenocinium exercentes, nisi quis  
inde tribades facere malit ob pœna gravitatem. *Dunning-Slag*, iactus, quo feriuntur  
tempora, *Or-Slag*, quo auris. Sub initium, (ubi de supellestile), *male* est arcula viato-  
ria, quæ vox remansit apud Gallos; *Kolte* culitra, *scraps* strigilis, *spoldener* ferrum hu-  
meros tegens. Hujus vocis antiqua radix, hodie Germanis *amissa*, vestigia reliquit in  
derivatis apud Gallos & Italos; nam *spalle* Italos, *epaules* Gallis, sunt humeri; *Hoyke*  
hodia-

hodieque Saxonibus, nempe inferioribus, idem, quod superioribus *schutte*, pallii brevioris genus. *Ors* videtur esse idem, quod *Hengst*, equus admissarius; fortasse tamen antiquissimis temporibus hæc duo vocabula distinguebantur, quando duo Principes Saxonum fratres Hengistus & Horsa in Britanniam venere.

Leges illæ Brunsvicensium antiquissimæ agunt de juribus privatorum, atque ideo magis antiquitate quam materia commandantur. *Liber ordinarius Senatus* multo recentior est, faciliorque intellectu, & materiam continet jucundiores majorisque momenti: tractat enim de forma reipublicæ, quæ circa annum 1410. in urbe obtinebat. Ab anno Domini 1386. ad 1410. quo liber absolutus fuit, ea erat formæ reipublicæ, ut in quodvis triennio 36. eligerentur, ex quibus 12. per vices in senatu erant; cæteri munib[us] publicis variis adhibebantur, & vocabantur *Radeschworren*, ut in fine libri patet; idque observari debere dicitur, donec melior alia forma placeat. Et hoc quidem fiebat in opido vetere. Simile aliiquid in cæteris quatuor opidis observatum, ubi pauciores in senatu erant. Quinque opida sunt, *Oldestat*, *de Hage*, *Niestat*, *Oldewic*, *Sack*. Identidem communis Senatus habebatur ex omnibus opidis. C. 48. de ratione homagii Ducibus præstandi; ubi tentandum dicitur, ut vicissim ab ipsis literæ obtineantur, qui bus promittant servare concessa à majoribus, & amnestiam actorum. Simul feuda ci- vibus, si qui habent, renovanda. Formula Homagii ibidem expressa est. Duorum aliorum librorum mentio fit, qui sunt *dat Eydebok*, in quo formulæ juramentorum continebantur, quæ quisque munus gerens, de officio suo præstabat; vid. cap. 46. n. 75. *de beymelke Rekeneschop*, ubi agebatur de œconomia publica, & quomodo urbs aliquando in deteriorem statum prolapsa, bonis consiliis restituisset, vid. c. 115. In septimana post *Quasimodogeniti* Dominicæ, (vid. c. 120.) & in septimana proxima post festum *S. Michaelis* (c. 132.) celebrabatur judicium dictum *dat Echteding*. Ibi quisque admonebatur, ut diceret, si quod nosset factum contra Duces, Senatum, tribus & totum populum. Ei judicio præerant duo Advocati urbis; & primus Consul peracto judicio iis gratias agebat nomine Senatus, quod clementes judices fuissent. Unde apparet, olim Ducum nomine hoc judicium celebratum; sed nunc eo res devenerat, ut duo Advocati ab ipso Senatu constituerentur, ut apparet ex cap. 46. Porro postea per abusum ipsi articuli, qui nomine Senatus post celebratum judicium plebi prælegebantur, ut scirent, quæ cavere deberent, ne in judicio illo rei fierent, dat *Echteding* appellati sunt, ut ex eodem capite 120. patet. Memoratur & c. 121. quomodo A.D. 1388. commisso prælio in festo corporis Christi prope *Winsam Aller* & ad situm Duces *Fridericus*, *Bernardus* & *Henricus* fratres victores, Luneburgensem Ducatum recuperarint, adjuti fideli operâ Brunsvicensium civium, placueritque Ducibus atque urbi, ut in festo corporis Christi, tanquam prælii anniversario, processione sacrâ gratiæ Deo agerentur; cui qui intererant, peculiares indulgentias Roma impetratas obtinebant. Solennis etiam erat corporis *S. Autoris circumfestatio* die Veneris ante *S. Johannis Baptista*; vid. c. c. 124. Erat etiam jam tum mos, ut in festi *Natalitii diebus* decurrerent quidam juvenes, Daemonum aut simili larva. Dicebantur *Schoedruevele*, dæmones simulati, uti dicimus *Schau-essen* de ferculis ciborum, in verorum modum confictis. Hodie in quibusdam locis larvæ natalitiae, (in quas libellum scripsit J. G. *Drechslerus*) superfiunt, sed alia forma. Simulatus Christus cum Apostolis & Angelis circumvit per ædes, & pueros ad exāmen vocat; dona affert his, qui à diligentia & moribus commendantur, cæteris extrema minatur. Comitatur, Diaboli habitu aut alia formidabili specie, quem superiores Saxones *Rupertum*, (*Knecht Rupert*) inferiores Nicolaum (*Klaues*) vocant. Qui arma urbis custodiebant, *Müsemesters* dicebantur, v. c. 12. Cum pestis gravissima urbem depopulata fuisset A. D. 1350. tandemque Deus malo finem dedisset, placuit, ut die *Veneris ante festum S. Crucis* in pauperes eleemosynæ anniversariae in postremum distribuerentur, & in ipso festo processio institueretur. Alia que plura occurrent in hoc libro, unde Historia & antiqua rerum facies illustrari potest.

Leges Zellensi opido dedit *Otto Strenuus*, *Johannis filius*, *Otonis* (vulgò *Pueri*) nepos, 1301. Earum stylus, qualis antiquarum Brunsvicensium; & ipse Dux opido præter illas, quas dedit leges, *jus Brunsvicensum* concedit. Constat alioqui, complures civi-

ta-

tates Saxoniae inferioris, in dubiis causis ad jus civitatis Brunsvicensis recurrisse, ut notat Job. Dautb. de Testamento n. 8. circa fin. fol. 40. HASNEN Leg. Cell. n. 19. videtur esse, quod *Asnen* in Lege Brunsvicensi c. 1. n. 37. verb. *Svælik man sinen meynen Asnen vordert*, ubi quidam glossator annotavit: *Woken arbeit*, ut videatur de famulatu, servitu, & mercede laboris agi, *arbeits lohn*, *liedlohn*, addelocum in privilegio Hamelensibus dato, Tomo nostro secundo pag. 55. not. (\*\*\*) Cum in Lege Cellensi dicitur n. 8. *Rbede ne ghipt men nicht*, Rhede est Gerada, ut *Rbedo* in Legibus Angliorum & Werinorum cap. 7. n. 3. quod ibi notavi. Sensus ergo est, *Gerade jus in Cellensi opido locum non babere*, quod alias apud Saxones in usu est. n. 16. *Ertbaftes god*, bona immobilia designat; ut qui vel paulum terræ habet, ad cavendum admittatur. Ita audio, apud Polonos actum judiciale non posse exercere nec testem esse, nisi qui saltem tantum terræ habeat, ut in ea arborem plantare possit.

**XX. Leges Municipales antiquæ civitatis Imperialis Goslariensis, ex MSto.**

**XXI. Leges Goslarienses metallicæ antiquæ pro fodinis in Rammelsberg, ex MSto.**

**Q**vando civitatis Goslariensis Leges, quas nunc edimus, latæ sint, ex codice, quem sequi sumus, non appareat, neque in ea re nos Cl. Heineccii diligentia, in rebus Goslariensis testata, juvare potuit. Videntur ex antiquioribus renovatae & interpolatae, ut vel stylus indicat, multò Brunsvicensibus Cellensisbusque paulò ante memoratis, liquidior. Inserviunt tamen hæc nostris temporibus propiora, antiquioribus facilius intelligendis, ut ad ea velut per gradus ascendamus. Atque ideo has quoque leges exire, patrio harum regionum idiomate, passi sumus. Conjugendum illis est diploma Friderici II. Regis Romanorum, quo Goslariensisibus privilegia concessit & novavit, Goslariae III. Jul. M. CC. XIX. Id à Goslariensisibus aliquoties editum, Dn. Heineccius suis Antiquitatibus loci inseruit, & notis illustravit, ac cum Legibus istis Municipalibus contulit, ubi breviter in diplomate tacta fusius explicantur. Notandum est, Henricum Ducem Saxoniae, qui cum aliis Principibus ei subscripsit, nullum alium esse quam Henricum, vulgo *Palatinum Leonis filium*, qui Advocatiam Imperialem Goslariensem circa annum 1204. à Philippo Rege acceperat, ne Otttoni IV. fratri amplius faveret. Inter alia privilegia, à Friderico Rege civitati concessa, hoc est, ut, qui civitatem ad habitandum intraverit, inque ea intra annum & diem perfisterit, ita ut de servili conditione non fuerit accusatus; postea communi aliorum Burgenium gaudeat libertate; *annus autem & dies* intelligitur jure Saxonum, ut leges civitatis habent tit. *van Ervegude*. art. 3. annus unus & septimana sex cum triduo Privilegium, cuius diploma meminit, ne Goslarienses cum aliquo cogantur bellicam movere expeditionem, nisi pro defensione patriæ ad locum, qui dicitur *Hildegescorb*, ibique per quatuordecim dies in propriis manere expensis; interpretor de loco, qui hodie appellatur *Ilsenburg*, credo scilicet, ne extra pagum suum *Hartigau* egredi cogerentur. Quod dicitur nullius filiam vel sororem impuberem debere nubere, nisi consensu mundiburdii sui, id tituli *von dormunden* articulus 12. generalius effert, minorem, ( id est, Saxonico jure nondum 21. annos natum natumve) non posse matrimonium inire, invito mundiburdio. Per jus quod dicitur *Vare*, (vel potius *Ware*) de quo diploma, intelligo Gevvare, *gvarandiam* vel *gvarandigiam*, cuius passim mentio in Saxonis juribus, sed ad varios effectus. Goslarienses telonio eximuntur, exceptis tribus locis, *Colonia*, *Thile* & *Bardevici*. Thilam esse puto, quæ est ad *Vabaln* infra Neomagum. Fit etiam mentio *Sylvanorum*, qui in Legibus vocantur *die Woldleute*, item *Wold-Werchten*, id est *Wald-Gevverke*. Eorum sub nomine continentur & Montani, seu homines, in metallis seu fodinis & officinis fusoriis occupati, qui passim per sylvas, vicinas dispersi agebant. Nam in Legibus Metallicis disertè caverit, ut, quando de novis legibus ferendis agitur, *Sex-viri* convocent *Sylvanos*, & quod pluribus placuit, sequantur. De sylvanis notatu digna sunt verba diplomatis: *Hæc sunt jura sylvanorum: quod si quis ex servientibus ipsorum pretium, quod vulgo Wist vocatur, detulerit, [lege abstulerit] in quounque loco eum viderit, eum absque judice & ejus nuncio liberè comprehendet*. Hunc locum expli-

explicat Lex Municipalis Goslariensis *tit. van. Vredebrake art. 124.* si carbonarius, fusor aut separator, (hodie *butteman, smelzer, abtreiber*) sylvano aufert mercedem (de Wist) eum propria autoritate capere potest. *Wist* autem est merces hebdomadaria, quae septimana qvavis solvitur, ut explicatur *tit. de testibus, art. 16.* Et hoc mercedis genus nunc quoque apud fodinas in usu est. Pergit diploma: *Iidem etiam Sylvani in bonis suis non debent pandari [ pignore capto premi ] pro aliqua causa, nisi tantum pro redditibus Imperii, quos de foliibus solvere debent. Sylvani, qui casas habent in locis campestribus, de duobus follibus, [ qui scilicet adhibentur in officinis fusoriis ] qualibet septimana lotonem argenti solvere tenentur Imperio bac de causa, ut liceat eis carbones adducere, de quoquye loco ipsis est opportunum.* Nempe olim qui fodinas colebant per sylvas, pro arbitrio suo etiam extruebant officinas fusorias, ut nemus, ut rivus placuerat; ut aquae ad folles agendos, ligna ad ignem alendum in promtu essent. Hodie ne sylvae vastentur, omnis officinarum fusoriarum institutio & cura ad Dominum rediit, cuius est regale jus fodinarum. Illud quoque non spernendum privilegium Rex Goslariensis tribuit, vel firmat, (in quo etiam suo ipse juri consulebat) *ut nulli licitum sit dare dominum suum Ecclesia, nisi vendatur, & Ecclesia argentum tribuatur; ut etiam Regi jus suum non pereat.* Id quod repetitur & extenditur in legibus istis Municipaliis *tit. de bonis hereditariis art. 49.* ne Clericus aut extraneus acquirat bona immobilia seu hereditaria, aut census in illis, sine consensu senatus. Similes leges passim receptae sunt, necessitate ipsa svadente, ne tandem pleraque bona privatorum immobilia in manum (republicae) mortuam devenerint, quod & Galli vocant: *main morte.* His legibus se acerri- me semper opposuisse Ecclesiastici, & maxime Pontifices Romani, Cleri utilitatem bono populum praeferentes; eaque de re gravissimam nunc item inter Curiam Romanam & Ducem Sabaudiae agitari ajunt.

Venio ad *Leges Metallicas seu Fodinarias Goslariensis*; quae non minus conservari merentur, quam Municipales. Ultrasque in eodem codice Manuscripto Bibliotheca Augustae Serenissimi Ducis Guelphytani reperimus, cui eum intulit Illustris Vir Cancellarius Schwerzkopfus. Legibus Metallicis quidam recentiore manu, (seculo reformationis opinor, sed antequam jus montis Rammelsberg ad Duces Brunsvicenses rediisset) praescripsit M. CCC. VI. sed ipsa dictio Saxonica ad recentiorem formam accommodator; & contenta ostendunt, ad seculum sequens potius has Leges pertinere, nisi vetustiores interpolatas fuissent. Sane is, qui numerum illum ascripsit, annotavit ipse: decimas in monte Rammesberg cum jurisdictione sex-viris Goslariensis suis Consulatu venditas esse à nobilibus *de Gevriseb A. D. 1356.* qui pignoris jure à Ducibus Brunsvicensibus habuisse scribuntur. Nam *Henricus Leo* à Friderico I. Imperatore anno 1157. obtinuerat *Comitatum Uro- nis* cum Foresto in montanis *Hart, & Otto I. Dux Brunsvicensis* à Friderico II. Imperatore obtinuerat decimam & alia jura Imperii in monte *Ramesberg*, anno 1235. At Goslariensis suis hæc possidentibus, eò res processerat, ut jus omne Ducibus negarent. Nam, ut appendix, his legibus in fine adjecta habet, cum anno 93. (intelligo 1453.) quidam *Tyl Timmerman* sententiam rogasset, utrum, qui fodinam metallorum novam aggredi vellet, à Ducibus Brunsvicensibus eam potestatem petere deberet, aut à judicio Imperiali; quæsitum ex eo est, ubi fodina sita esset? ille ad Rammis montem inquit. Quo intellecto, respondit Senatus, nullam à se Brunsvicensibus Principibus (*der Hertog van Brunswyk*) jus ibi concedi. Sed res longè aliter cecidit. Nam tandem anno 1527. *Henricus Dux Brunsvicensis*, qui junior (comparatione *Henrici Cellensis*) dicebatur, *jure revolutionis* regale fodinarum jus decimamque in Rammesberge recuperavit. Sed cum alias quoque fodinas aliaque jura, tanquam ab eodem jure Imperii beneficiario pendentia, sibi vindicaret; Goslarienses autem, tanquam aliunde quæsita, retinere conarentur: res ad bellum pervenit, cui etiam Smalkaldenses federati misti sunt, quodque majoris præludium. Sed tandem restituto Duce compotisque Imperii rebus; inter Ducem & civitatem transactio facta est anno 1552. quia in cateras quoque fodinas jus Ducis cessit, cum jurisdictione omni in *Rammis monte*, & jure propoli metallorum, & plenisque omnibus controversis.

Leges autem, quas edimus, ad illud pertinent tempus, quo Goslarienses monte & fodinarum jure potiebantur, in quibus antiquissimas Montanorum, metalla excentium;

con-

consuetudines, (etsi à posteris interpolatas) retentas, putandum est. Etsi passim fodinæ memorentur in Germania, nullæ tamen notæ sunt, qvæ ante Goslarienses admodum floruerint. An urbi originem dederint, controversum: Illud in dubium vocari non debet, plurimum ad incrementa ejus contulisse, & Reges Imperatoresqve ad locum excolendum invitasse. Serius, apparet, superioris Hercyniæ fodinas esse excutas, qvæ nunc in *valle Nicolai* (Claustal) & *monte S. Andreae*, (Andresberg) tum in *Cellerfelda*, & opido *Wildeman*, vicinisqve locis maximè florent; usqve adeò, ut scoriæ, ex superiorum minerarum fusione superflites, qvæ nunc mineris ex *Rammis monte* erutis adduntur, plurimum conferant ad augendos fructus, qvi ex illo monte percipiuntur. Superiorum fodinarum metallarii dialecto utuntur, qvæ in *Misnia montanis* & *Vogtlandia*, aut vicinis *Naricis* usurpatæ, ut inde venisse appareat. At qvi circa Goslariam agunt metallarii & officinarum fusoriarum operarii, dialecto communis totius regionis utuntur, qva & leges hæ scriptæ sunt; in quibus multa aliis nominibus, quam à superioribus, appellantur. Art. 196. & alibi passim, jura regalia (præter decimas) dicuntur esse *balg-penninge*, (qvæ folium nomine dabantur) *Sleyfbat* (qvod vulgo Slagschatz, tanquam fructus juris monetarii) *Koppereoln* seu telonium cupri, & *Waterpenninge*, pro aquis credo, qvæ ad machinas agitandas derivantur. Tribus in locis forestalis jurisdictio exercebatur (artic. 180.) *vor des Rikes Palenze to Goslar* (in prætorio Imperiali Goslariensi, tanquam palatio Imperii) *vor dem Heinholte boden der Stat vor S. Nicolans dore* (ante sylvam indagine clausam supra urbem extra portam S. Nicolai) & denique *to Sancte Mattheise to der Celle zwischen Goslar unde Osterode* (ad S. Matthiae, ad Cellam, qvæ est inter Goslariam & Osterodam) in loco opinor, ubi nunc est *Cellerfelda*, aut non procul inde. Ipsæ leges montanorum veteres, cum recentibus ejusdem loci aut vicinorum, conferri merentur: sed nobis laboris non inutilis occasionem, aliis dedisse sufficiat.

## XXII. Chronica S. Aegidii in Brunsburg.

**H**unc librum Johannes Pistorius Nidanus in Illustrum veterum scriptorum Tomo uno A.D. 1583. ex Bibliotheca Henrici Petreji edidit, titulo *Compilationis Chronologice*, quo & passim citatur. Hunc ut ex collectione aliena, prater morem nostrum, huc transferremus, eò tandem adducti sumus, qvod Brunsvicensis esse scriptoris, & Brunsvicensis tractantis comperimus. Et certè ibi ab A.D. 1300. res Brunsvicensis & vicinæ potissimum habentur; & ad Annum Domini 1391. ita legitur: *Eodem anno indulgentie date sunt hic in urbe ad S. Blasium, durantes per octavam Ascensionis in perpetuum.* Add. A.D. 1429. 1446. 1455. 1458. Porro in Monasterio S. Aegidii autorem vixisse patet ad A.D. 1467. ubi ait: *Abbas hujus Monasterii in cappa aurea & insula decoratus, copulavit filiam Ducis Margaretam Comiti Frederico de Henneberg, in castro Wulfelbuttel;* qvod non nisi de Abate S. Aegidii accipi potest. Add. 1473. Finitur autem Chronicon Anno Domini 1474. Sed & ipsius S. Aegidii Abbatis aliquoties mentio fit Anno Domini 714 & 817. ubi tamen duos Aegidios distingvendos apparet. Correctiones quasdam partim typorum, partim ipsius exemplaris subjecere placet. p. 559. lin. 1. I. Senatorum. leg. *L. Senatorum*, in med. Vulcania, leg. *Vulcania insula*. p. 560. lin. 8. mortem, leg. *morem*. pag. 566. lin. 34. ostendensqve leg. *ostendens*, qvod p. 567. lin. 7 à fine, habentem CL. leg. *habentem CL.* lin. ult. *destruxit*. p. 568. lin. 38. Sebesium leg. *secessum*. lin. 54. Qvi cum violenter &c. leg. *Qvicum violenter à militibus ad imperium eligetur & traheretur: exclamat, se nolle Paganis hominibus imperare, quippe cum ipse Christianus esset.* p. 569. lin. 17. memoriale, leg. *memorabile*. p. 575. anni 541. linea 4. leg ita: *Februarii civitatem Romam circum circa per lustrabant.* Et sicut Romani in principio mensis Augusti annuatim &c. p. 574. l. ultim. incessum leg. *incensum*. p. 576. anno 700. lin. 2. leg. *Lambertus*. p. 577. an. 720. lin. 3. Cum irsores leg. *cui irsores*. p. 578. lin. 1. DCCL. lin. 2. lege ita: *à S. Bonifacio, jubente Papa, & Hildericus Francorum factus est Monachus. Sub hoc Papa à S. Bonifacio &c. lin. 3. & consensu. lin. 7. ascendens leg. abscedens. lin. 10. imperium leg. Imperator.* p. 579. anni 860. linea 5. Notherus, leg. *Notgerus* p. 580. lin. II. à fine Pinga, leg. *Praga*. lin. 7. à fin. auditorium leg. *adjutorium*. p. 581. lin. 1. electionibus. p. 583. lin. 1. lege ita: *infra matutinale officium cum 15. viris & 3. fæminis, quarum una vocabatur Merswind, & rogati à Presbytero, ut cessarent, iecrumque admoniti, ut suis dissolutis carminibus divinum officium non impedi*

impedirent &c. lin. 7. Hubertus leg. *Heribertus*. pag. 586. lin. 1. habeo — habebo. lin. 20. lege ita: scilicet, qvod nullus suam spiritualem sororem, quam pater suus vel mater sua levavit de sacro fonte, ducat in uxorem. &c. lin. 56. anno vero leg. anno 9; anno vero. 57. initiauit. in notis lit. b. lege *Witlinsbach*. pag. 587. lin. 1. *indicia*. lin 4. usus peregrinorum leg. usus servant, secundam partem in usus. 8. qvi — qvod. 34, 35. non sinant & nutricis — non serviant, & nutrices. 36. junxit — unxit. 43. itaque — ita qvod. 48. sanæ — sanctæ. pag. 588. lin. 3. viso — visio. 16. Tomacum — Tornacum. Notas lege ita: (a) *Brundusium* (b) *transire*. pag. 589. lin. 22. audice leg. *judice*. 28. vocantur — *vocabatur*. pag. 590. lin. 27. alias — *alios*. p. 591. lin. 32. unicos — *nuncios*. p. 592. lin. 20. *Etymologiarum*. 29. qvia — *qui*. 32. *trieris* — *trieres*. p. 594. lin. 8. *Bansleve*, 38. *Urbanus ut* — *Urbanus VI*. p. 595. lin. 17. Domini leg. *obiit*. p. 596. lin. 40. ad *pulsum*. p. 599. lin. 2. *ductusque* lin. 4. à fine & seqv. lege ita: *voluntate f. voluntariè pauperes primitus habitare cœperunt in civitate Brunswick*; propter hoc, qvia fere omnis populus, tam divites quam pauperes, maximam penuriam &c.

### XIII. Syllabus Abbatum Werthinensium & Helmstadiensium, autore Fr. Henningo Hagen.

### XXIV. Uffingi Monachi Werthinensis in laudem Werthinæ Car- men.

**H**agenius ante reformationem religionis scripsit. Is enim, opinor, est Henricus (an Henningus) Hagius, qvi testis cujusdam narrationis citatur p. 603, tunc vivens, cum Abbas esset *Conradus de Gleichen*. Sed ejus Syllabus alius deinde reformavit & continuauit ad suum usqve tempus, cuius additionem refecare noluimus. Nam qvæ in reformatiōnē more sociorum acrius dixit, condonanda sunt temporī, quo vixit, institutoqve, quod est secutus. *Cincinnius*, cuius p. 603. mentio fit, est Johannes Cincinnius *Lippiensis Presbyter*, amicus Werthinensium, qvi primus *vitam D. Ludgeri* edidit Coloniæ in officina literaria in genuorum liberorum *Quentell* (ita titulus habet) in forma qvarta. Debemus ejus communicationem Illustri Viro, Domino Roberto Verbockborſt, incliti Monasterii S. Ludgeri apud Helmstadium Præposito meritissimo, prudentia, & exemplo suis prælucente. Ex ejusdem penu *Uffingi Carmen* ad nos pervenit, cuius *vitam S. Idæ* Tomo I. hujus collectionis deditus. *Uffingum* etiam scripsisse vitam *S. Lucii* Britanniæ Regis, & floruisse circa Annum Dom. 1000, habet Vossius ex *Sufrido Petri*. Sed tempore Ottonis II. jam scripsisse, ex ipsius verbis colligitur. Nam in vita S. Idæ loquitur de Ottone Duce, qvi (inqvit) *bujus Serenissimi Ottonis Augusti extitit proævus*. Cæterum corrigenda hæc visa sunt: pag. 602. lin. 19. De illo lege ante 5. folia. legendum. *De illo vide infra*, paginæ scilicet 604. lin. 33. paginæ 602. aeras — *areas* 38. cimborium — apud qvosdam reperitur *cimbarium*, qvod perperam ponitur pro *ciborium*, id est, umbraculum altaris. vid. du Cange. 59. *illustri*. pag. 603. lin. 38. *sensuum*, leg. *censuum*. inventrisatio, leg. *inventorisatio*. p. 605. vers. II. consueverant, leg. *consueverant*. juncii leg. *junci*. vers. 28. *aquali*, leg. *aqvai*. Uffingus enim aliquando veterum poëtarum exemplo insurgit. vers. 37. in tonum, leg. *Intonsi*.

### XXV. Wernerij Rolevinckij Larensis Ordinis Carthusiani de Mo- ribus & Situ Antiquorum Saxonum Libri tres.

**H**ic liber etiæ aliquoties prodierit, doctissimum tamen & diligentissimum *Vossium latuit*, qvi, Wernerum nostrum de *Origine Frisonum* scripsisse, nescio unde hausit; Frisios, credo, pro antiquis Saxonibus per errorem accipiens. Notus est Wernerij hujus *fasciculus temporum*, id est, opus Chronicon, ab initio mundi ad annum Domini 1480. perductum. *Miratus in Bibliotheca Cartusiana* eidem tribuit *Questiones XII. pro Sacra Theologie Studioſis*, editas Coloniæ apud Arnoldum Therhörnen 1457. 40. Item, *Paradisum Conſcientie*, ibidem in 40. Sed præsens opus de moribus antiquorum Saxonum, vel de laudibus antiquæ Saxoniæ, nunc Westfaliæ dictæ, edidit ipse in 40, in *Carthusia Colonensi* agens; & Epilopis & Comitibus, aliisque insignibus Westfaliae viris dedicavit, ex qvorum nominibus circiter tempus editionis, à typographo vel autore non indicatum, erui poterit. Alteram editionem A. D. 1514. procuravit *Ortbwinus Gratius*, notus edito serius *Fasciculo rerum expetendarum & fugiendarum*, qvi nostris temporibus in Anglia renovatus auctusqve est; sed non minus

minus notus est Gratius *controversia Reichliniana*: in qua cum faveret Pfefferkornio & Monachis, Epistolas obscurorum virorum ad eum misit Ulricus Huttenus, qui earum autor habetur. Hic loci sese vocat *Ortuinum de Graes*, & in dedicatione ad Ericum Monasteriensem Episcopum ait, natum se in ejus diocesi; sed Dæventrie sub *Alexandro Hegio* bonis artibus enutritum. Liber Rolevinckii nostri, et si potissimum ad commendandam Westfaliam scriptus, pro magna tamen parte in iis consumitur, quæ cum Ostfalia communia habet. Auger historiam variis traditionibus narratiunculisque, quarum fides sit penes autores; non pauca tamen affert ad locorum situs, juraque & mores regionis, tam antiquos quam ipso vivente receptos, illustrandos. De Caroli expeditionibus in Saxones fusè agit, & tamen (p. 621.) ad *Johannem de Essendia*, S. Theologiæ Professorem, & *Henricum* (ipse vocat Hermannum) de *Hervordia* Ordinis Prædicatorum, scriptores Historiarum, nos remittit. Hunc citat passim *Flacius* aliqui, et si nunc non compareat. Illum magnæ vir doctrinæ *Johannes Albertus Fabritius* suppeditavit. Witikindum Magnum facit *Wernecki*ni filium, (p. 622.) an verè, haud dixerim. *Emmius* tamen vir doctissimus hanc opinionem secutus est. Carolum ait (p. 622.) Brunsvigam venisse super fluvium *Anacrum*. Sic legi debet, non Anacrum. Is est, qui hodie *Ooker* appellatur. Brunsviga et si tunc eo nomine nota fuisse non credatur, veterem vicum tamen (locus hodie *Oldewik*) jam Caroli M. tempore extitisse multi putant. Distinguit passim maiores à domicellis. *Domicellorum* nomine intelligit eos, qui hodie nobiles dicuntur, olim generis militaris: *majorum* nomine, homines liberos & honestos, ex quibus fiant in civitatibus consules proconsulesque. Et passim culti (an sculteti) gubernatores patriæ, *alti Comites*, (ho-greven, qui potius Gogreven) *Droßati*, *redituarii* Principum pag. 631. Nempe autoris tempore jam mos inoleverat, qui hodie valet, ut homines, quos generis equestris vocant, ab aliis ingenuis distinguenterentur; cum tamen temporibus antiquis omnes liberi homines, (quales Anglis *Freeman*) habiti sint generis militaris; quod etiam in Polonia obtinet de indigenis extra civitates. Paulatim tamen coepere hodierni discriminis vestigia, cum passim dimisi ex ascriptiis hominibus, commerciis & opificiis se addixissent, & in oppidis consedissent; quibus tamen multæ familiae ab antiquo ingenuæ, paulatim permixtæ fuere, nihil inferiores illis, quæ in agris mansere: quanquam & in agris multi antiquæ ingenuitatis amiserint decus, & ad inferiorem conditionem sint redacti revolutionibus temporum. Et hoc est, quod Rolevinkius ait p. 649. obumbratam esse quorundam ingenuitatem. Conferri cum his possunt, quæ de *Villicis* habentur in vita *Meinwerci* Episcopi Paderbornensis p. 544. 545. Unde suspicio nascitur, quosdam ex villicis seu Majoribus Episcoporum, feudali jure officia tenuisse, & familias equestres fundasse. Ait noster, suo tempore uxores omnes *Majoricas* in Westfalia dictas (*Mayersche*) id est, *Dominas*. Quomodo nostri autoris tempore adhuc in Westfalia, addo & in Ostfalia, *jus in armis* fuerit & valuerit, quod hodie vocamus, *das Faust-Recht*, ex pag. 646. intelligi potest. Describit paupertatem & miseram conditionem juventutis nobilis seu equestris, quæ ex rapto vivebat; Et ut jure facere videretur, vicinis opidis literas diffidatorias mittebat, non sine periculo suspendii, gladii aliquando & rota, si deprehenderentur. Videres, inquit, non sine lacrymis formosos domicellos prò vili victu & vestitu patibulo & rotis se offerentes, ut in medianam famemque repellant. Ipsis pro summa justitia est literas diffidatorias vicinis quandoque mittere, & deinceps rata esse omnia; & honore digna patrare, quæ patrent. Describit deinde, quam durè educati fuerint, etiam qui in aulis Principum tirocinia ponebant. Unde non mirum est, homines eo tempore ad arma promptissimos fuisse, qui nunc ipsa felicitate temporum remollescunt. Vulgare deinde proverbium rhythmicum affert, quod isti prædones in ore habebant:

*Ruten, roven, dat en is ghein schande,  
Dat doynt die besten van dem lande.*

Latrocinia non esse turpia, nam à melioribus regionis exerceri. *Ruten, hic & roven*, pro equivalentibus habentur: & hinc regiones istæ inferiores Germaniæ, superioribus, matu-

riis mansuetis, dicebantur, *terre Ruterorum*, quod Buschius (cujus librum edidimus) ex Archiepiscopo Magdeburgensi audire coactus est, mirante, reformatores monachorum venire ex Ruterorum terra, venerant autem ex Hildesiensi diocesi. *Ruteroros* pro prædonibus, ex *Reiteris* id est equitibus, derivatos apparet, quod equestris passim viverent ex rapto, vel ut Germani loquuntur, *ex stapede*, sic nebreten sich vom *Stegreif*. pag. 608. lin. 4. à fine grata gatia -- *grata patria*. p. 609. lin. 34. *dsiobus* -- *duobus*. p. 610. lin. 11. *prerio* -- *pretio*. 28. *hujus* -- *hoc*. 40. ex *Affur Assyrii*, ex *Heber* 42. *Noæ* -- *filii Noæ*. pag. 611. lin. 16. *quia* -- *que* à 28. *quam* -- *qua*. pag. 612. lin. 13. *quam* -- *cum* 20. *Apostolus* 27. *relinqui*. 34. *Italiam*. 42. *quadam vel quondam Duce Amazonici*. 48. *Interrogati*. ibid. quo f. *qui* five, unde. 53. *quod* -- *qui* 54. *eandem* -- *tandem*. p. 613. lin. 7. *patienter*. 48. *Tollatur*. 55. *Qui si* -- *Quod si*. p. 614. lin. 17. *eloquio*. 39. *qui super* -- *quod superior*. 45. *debellare*. 55. *hujus* -- *hujusmodi*. 56. *quod*. p. 615. lin. 5. *accesit*, *quod Rex Britonum in nullis sic confideret*, uti in ipsis 23. de his -- *debinc*. 24. 1. *leg. id est*. 44. *de quibusdam*. p. 616. lin. 30. *percepi*. *Quam asperè* &c. *exercebantur*, ex *hoc*. 42. *Erat enim de more*, *quod*. 54. *Sydon* -- *Sion*. p. 618. lin. 3. *re presentant*. 6. *preferendum* -- *perferendum*. 45. *dijudicabant*. p. 619. lin. 11. à fin. *hostis*. 4. à fin. *cum neque divini neque humani*. 3. a fin. *homines*, *qui* & -- *hominesque ei*. ibid. *gerebant*. p. 620. lin. 5. 6. *forte leg. Rheni omnes conveniant*. 29. *ut dicatur*: *Carolus fugatus est quam Carolus* 36. *Deo* -- *Dei*. 29. *ac ornamenta* -- *leg. ac omni oblectatione intueri*. *Omnium enim virtutum ornamenta*. p. 621. lin. 23. *essent*. 26. *castigare*. 48. *superati*. 53. *nequiviverunt*. 55. *quia* -- *qui*. 56. *jam f. nondum*. p. 622. lin. 29. *Auaker*. ibid. *spontanee*. 37. *paæta* -- *parta*. 46. *DCCLXXTII* -- *DCCLXXVII*. p. 623. lin. 3. *qua* -- *que*. 10. à fin. *tendebant* -- *pendebant*. p. 624. 12. *Dechmode f. Detmolde*. 13. *milliare*. 22. *aliquam strenuitate* -- *aliquam partem Frisônum*, *plus fatuitate ductus*, *quam strenuitate*. 28. *facilibus*. 32. *cuncti* *deleatur*. ibid. *petierant* -- *perierant*. ult. *etenodiis*. p. 627. lin. 6. *qui* -- *que* *vel quos*. 27. *quai* -- *quia* 46. *Pelem* -- *Belem*. p. 628. lin. 7. *præfecerat* -- *perfecrat*. 18. *Hilberstadensis*. 22. 23. *Episcopi* & *martyris* *leg. Episcopi Fulgiensis, martyris, Theoderici Episcopi* & *martyris* 26. *reliquis*. 41. *nongentisimo*. 46. *quod* -- *qui*. *antepenult. Aquilonarium*. p. 629. lin. 23. *usquam* -- *usque*. ibid. *recens*. 39. *Geroldus*. 43. *Hassania* -- *Hasbania*. p. 630. lin. 15. *Kalen*. 17. *Istam* -- *Islam*. p. 631. lin. 1. *Monaſteriensis*. 15. *Sed epulis* -- *Sed his expulis*. 42. *veteranæ* -- *veterane* *structure*. 49. *redituarios, consiliarios*. *antepenult. videlicet. penult. Franciæ fuit* -- *Franciæ* *ejecta fuit*. p. 632. lin. 13. *leg. ab iis violenter obolum recipiamus*, p. 633. lin. 3. *aliquin* -- *aliquando*. 12. *semper f. seu per*. 15. *veraciter*. p. 638. lin. 28. *suspectum*. 33. *Domine, ne imputes*. 34. *& neque te neque me*. 46. *Secundi* 47. *infimos*. 54. *exacuti* -- *exacuati*. p. 635. lin. 1. *Quartum f. Quantum*. 26. *omnem* -- *omne*. 51. *expedimus* -- *expendimus*. p. 636. *probibatis*. -- *probitatis*. 8. *quorum f. quoniam*. 46. *attraxit* -- *attraxi*. p. 637. lin. 30. *provida*. 31. *Romanorum* *ab olim*. f. *ut Romanorum ad exemplum*. 34. *versalitate ingenii* -- *versatilitate ingenii*. p. 638. lin. 17. *nunc f. mibi*. lin. 5. à fin. *male videlicet* -- *malle videlicet*. *penultim. altilogia*. p. 639. lin. 29. *coactam* -- *coctam*. 30. *etiam*, *deleatur*. ibid. *perpendisset* -- *pependisset*. 4. à fin. *Quod* -- *Quot*. p. 640. lin. 26. *habeo* -- *f. habui*. 31. *Hinc* -- *Hic*. 36. *servire quam serviri*. 42. *tugurio*. p. 641. lin. 23. *ascribem*. 28. *dicitur* -- *ducitur*. 50. *quid* -- *quod*. 52. *quis* -- *quod*. p. 642. lin. 7. *affinitate*. 26. *ut ad gratitudinis leg. ut ad gratitudinem paratus sit*, *& crebro*; *prius* *quam beneficiis preueniatur*, *gratitudinis*. 37. *qui* -- *que*. 39. *drossatis*. p. 643. lin. 1. *accipiant*. 12. 13. *proficiunt in melius* 40. *Rymbertus*. 51. *multis aliis*. In Warburch *leg. multis aliis*. In *Abbatia Corbeyæ Sanctus Vitus martyr*. In *Warburg*. p. 644. lin. 8. 9. *Coesveldia dignè* -- *leg. Coesveldia*, *ubi multa præstantur beneficia dignè*. 9. *peregrinatio* -- *est peregrinatio*. 34. *atu* -- *aut*. p. 646. lin. 2. *Solinus*. 28. *præferunt super*. Illic facile inveniens qua -- forte hæc ita *legenda*; *proferunt semper*: *illuc facile invenies, que*. 36. *comparatum*. p. 647. lin. 7. *ast* -- *est*. 43. *in fidelitate* -- *in infidelitate*. p. 648. lin. 36. *liberabit*. p. 649. lin. 21. *periculosa*. 41. *quomodo f. quoniam*. p. 652. lin. 26. *prebuit*.

Ita.

**XXVI. Additiones & Emendationes ad Vitam B. Marthildis Reginæ Germaniæ, extantem Tom. I. pag. 192. ex MSto.**

Cum vitam Reginæ Mathildis edere decrevissem, quæ *Henricum Aucupem* mari-  
tum, *Ottонem magnum* filium habuit; sperabam Manuscriptum codicem membrana-  
ceum, quem in Bibliotheca Augusta Guelfebytana extare sciebam, cum edito conferre.  
Sed, nescio quo casu, codex reperiri tunc non potuit, & sero demum in manus meas rediit.  
Itaque collationem tunc omissam nunc instituo. Brevior est vita manuscripta & ex anti-  
quiore interpolata; nonnulla tamen lectu digna alicubi addita sunt. Præfationem quo-  
que de Henrici Aucupis rebus & majoribus, ac stirpe Witikindea, autor hujus exemplaris  
præmisit. Eam præfationem idem (pene dixerim) plagiarius ex alio autore nondum pro-  
stante desumisit. Adeo codex antiquus *Annalium* hactenus in editorum, in quo eadem ver-  
botenus, quæ in hac præfatione leguntur; eorumque partem ex codem vel simili opere  
etiam *Ursbergensis* Abbas de Witikindo Magno, ejusque filio *Wicberto*, nepote *Walthero*  
descripsit. Ea ergo, qualia in utroque codice nostro, (*Annalium scilicet & vita Mathildis*)  
habentur, hic extare operæ pretium erit; cum utrumque opus *Conrado Ursbergensi & Al-*  
*berto Stadeni*, similia de Witikindi stirpe referentibus, antiquius sit, fidemque addat eorum  
dictis. pag. 655. lin. 14. lanua, leg. *lancea*. p. 656. lin. 16. meris f. *operis*. lin. 33. Nothusun, leg.  
*Northusun*. Haliam, leg. *Italiam*. pag. 657. lin. 9. convocatio leg. *convocatis*.

**XXVII. Emendationes & Supplementum Chronicæ de Guelfis Principibus, à Weingartensi Monacho conscripti.**

**C**um jam Tomo I. p. 781. seqq. hoc Chronicon, ex Codice Augustano emendatum, edidis-  
semus, monitu nostro Viro Amplissimo *Chiliano Schradero*, iter in superiorem Ger-  
maniam facienti, à Serenissimo Electore Brunsvicensi, (apud quem Consiliarium justitiæ  
Intimum agit) in mandatis datum est, ut inquireret in Historica monumenta quæ res no-  
stras illustrarent. Itaque me rogante *Monasterium Vinearum* adiit, Codicemque illic ex-  
tantem cum editione nostra contulit. Alium etiam in *Steingadensi* Bavariae Monasterio  
reperit, unde supplementum de rebus postremis ultimi Guelfi, qui fundaverat, sumptum est.  
Hæc collatio potiores conjecturas nostras confirmavit. Temporum etiam notationes  
passim emendavit, quas mutare nostrum non fuerat. Nomina propria etiam parum co-  
gnita, non uno loco jam correctius exhibentur. Pag. 657. lin. antepenult. *qui que utriusque*.  
penult. *Coitholdo* leg. *Bertholdo*. pag. 658. lin. 8. post. præmonitus, adde: lin. 2. *Gouningen*  
leg. *Gruningen*. 9. *rectius*. 24. *comitatus*. legendum est ex MSC. *comit. antibus*. 38. *postulabat*.  
46. vir omnibus -- *vir in omnibus*. 51. *Wilare*. pag. 659. lin. 37. *martyrio*. ibid. *Maximinus*. 41.  
XXVII. leg. XXIII. 44. *Basilico*. legendum *Basilisco*. 50. cœpit -- *exhinc caput*, 54. MCLXVII.  
leg. MCXLVII. ult. *Memmingen*.

**XXVIII. Excerpta de Guelfis ex Viti Arnpeckii Chronicæ Bajo-  
riorum, ex MSto.**

**V**itum Arnpeckium Sacerdotem Bavaram, patria Landishutanum, *Aventinus* refert *Histo-*  
*riam Bavariam* Latinè Germanicèque non indiligerter tractasse, & parentum me-  
moria sub *Georgio* Duce claruisse: monumenta ejus in Bibliotheca Episcoporum Frisin-  
gensium extitisse. *Georgius* fuerit cognomento *Dives*, *Ingolstadiensis Academie* fundator,  
qui A. D. 1501. decedens, ditiones, Ingolstadiensem & Landishutanam, filiæ *Elisabetha*, Ru-  
perto Palatino nuptæ, testamento relinquere voluit. Unde bellum, agnatis prosperum,  
Palatinis adversum; *Alberto* Monacensi, cui *Sapientis* cognomen, ditiones sibi vindican-  
te; cuius in aula *Aventinus* ipse juvenum Principum studiis præfuit. Chronicæ Opus  
*Arnpeckii* Frisingensis Presbyteri (quem *Aventinus* aliquando *Areopagum* vocat) hodie in  
Bibliotheca Bavaria habetur dedicatum *Sixto*, *de Tanbergiorum familia*, Episcopo Friisin-

gens, ipsa prima die Januarii Anni Domini 1495, unde hæc decerpta edere placuit; in quibus Autor non tantum Wingartensem Monachum de Guelfis secutus est, sed & multa aliunde collecta adjecit, & Historiæ Guelforum quoddam velut compendium complevit. Interdum tamen lapsus est, cum à Wingartensi autore discessit, & Aventinum ipsum in errorem induxit; veluti cum in Tabula Genealogica Guelforum, Ethiconi filium tribuens Henricum, filiam addit Hildegardam, Ludovico Imperatori, (sive Regi) nuptam. Itaque Aventinus cum ex contemporaneis sciret, Ludovicum Germanicum Juniores, senioris filium, Luitgardem in matrimonio habuisse, hanc Guelfici generis esse putavit, pro Hildegarde Luitgardem per errorem positam credens. Et Crusium quoque aliosque decepit. Sed iidem contemporanei, aliquie temporibus illis proximi docent, Luitgardem fuisse filiam Ludolfi Ducis Saxonum, Brunonis Ottonisque Ducum sororem; quorum ille Ebbekes-dorfiana clade periit in prælio cum Normannis, hic Henricum Germaniæ Regem, cognomento Ancupem, genuit. Chronic Arpekianni integri in lucem proferendi curam doctis Bavariae Viris relinquimus. Ejusdem Autoris collectanea quædam in *Monast:rio Bavarie Tegernseensi* extare, accepi.

Notandum est, Arnbeckio innotuisse (vid. p. 661.) *Azzonem* Marchionem, patrem Guelfi Ducis, Estensem fuisse; quod apud nullum ex scriptoribus hactenus editis lego, qui hoc sit prior. Ex eo interpolator *Anonymi de Guelfis* in codice Augustano, *Naucle-rus* & *Aventinus* rem hauiisse videntur, unde tandem etiam Italies innotuit, hodie autem certis documentis extra dubitationis aleam positum est. pag. 661. lin. 12. quædam, leg. quid-dam. p. 663. lin. 5. electioni interfuit leg. *electioni non interfuit*. p. 667. lin. 8. Fridericum, leg. *Henricum*. p. 668. in *Arbore Guelforum RICHLINI* leg. *RICHLINT*. p. 671. lin. 1. ut nomen ducis perderet, leg. non perderet p. 672. Anni MCLXI. linea 5. diruerunt, leg. di-ruerent. p. 673. Anni MCLXXI. linea 3. Vilarde struit, leg. *Vilar destruit*. lin. antepenult. tetras leg. *terras*. p. 674. lin. 26. in vacum revocavit, leg. *in vacuum*, id est irritum reddidit.

### XXIX. Brevis Narratio belli, quod Magnus junior Dux ejusque filii cum Luneburgensibus gesserunt, à civi (ut appareat) Brunsvicensi, Saxonico idiomate conscripta, ex MSto.

*Poemati antiquo Saxonico de Ducibus Brunsvicensibus* in Codice Bibliothecæ Augustæ Guelficæ subjecta erat hæc narratio. Seculo decimo quinto composita est, videturque autor id sibi propositum habuisse, ut ostenderet, Duces civium Brunsvicensium strenua opera nec spernendis auxiliis, victoriam *apud Alleram* obtinuisse, qua Luneburgica ditio recuperata est. Narratio tamen non parum subinde ab iis differt, quæ alibi leguntur, eoque utilior erit collatio ad obscuram eorum temporum historiam illustrandam. Exempli causa: Si Büntingio & aliis credimus, *Magnus* vulgo *Torquatus* jam *Sangerhusam* amiserat, antequam Luneburgenses rebellassent. At noster ait, tunc *Sangerhusæ* aulam habuisse *Magnum*, cum cives Luneburgici arcem urbi imminentem occuparunt ac diruerunt.

### XXX. Excerpta ex Collectaneis Poëticis Theoderici Blockii, Brun-suigo-Hildesemensis Medici, circa finem seculi XV. florentis.

*S*uperest in his oris familia Blockiorum non incebris, ex qua iste fuisse videtur. Incipiabant renasci in Germania literæ humaniores, quibus & Blockius iste, Medicus suo tempore clarus, delectabatur. Cum medicinam fecisset docuissetque partim in patria aliisque locis, partim *Halberstadt*, *Rostochii*, *Witebergæ*, (quò, fundatæ novæ Academiæ, à Friderico Electore, cognomine *Sapiente*, evocatus fuerat;) in Italia etiam juvenis egisset; multam cum viris doctis notitiam contraxerat; quorum & quædam carmina (admisisti nonnullis suis) in fasciculum collegit, qui in Bibliotheca Guelfebiana extat; unde excerpta hic addere volui, ut status literarum ejus temporis, in his præsertim regionibus, melius noscatur, nec periret memoria virorum aliquot, doctorum pro illo tempore, quorum nulla

aut

aut exigua alibi mentio est. Discimus hic, quis fuerit ille *Henricus Aquilopolensis*, cuius carmen de *Comitibus Schaumburgensis & civitate Hamburgense*, itemque de primordiis *Lubecanæ civitatis* olim *Henricus Meibomius* avus edidit, & nepos Tomo I. collectionis Historicae inseruit. Nomen illi fuit *Henricus Fischer*, patria *Northemia civitas*, quam ipse Aquilopolin vocare voluit. Docuit *Erfordie*; deinde *Witebergam* & ipse accitus est. Alii, qui memorantur ejus temporis poëte, sunt *Henricus Boger Huxariensis*, Theologiae Doctor, juvenum Principum Mechleburgicorum Magister, *Tilemannus Rector Brunsvicensis* (forte idem cum *Telamonio*, cuius descriptionem Belli Brunsvicensis edidimus) *Jacobus Questenberg Wernigerodensis*, qui hic *Conradum Celten*, plagi epigrammate accusat, *Johannes de Werden*, Philosophiae Magister in studio Lipsiensi, *Vantonius Bononiensis*, nimio poëtices studio demens factus, *Ludolfus Witte Brunsvicensis*, *Otto Beermannus Wartenbergius*, *Bartholomaeus Coloniensis*, *Winzgerus Medicus*, *Richardus Sbrulius Forojuliensis*, *Wittebergam* & ipse vocatus. Denique quæ de *Johanne Semeca*, vulgo Teutonicus, Præposito Halberstadensi habentur p. 683. sphenenda non sunt. p. 679. in versibus Johannis de Werden, vers. 1. rationi, leg. *ratione*. vers. 4. quæ plus, leg. *quis plus*. p. 680. in carmine ad Andreolam versu penultimo, leg. *Respicite*. p. 681. lin. 8. videt, leg. *viret*. ibid. paulo ante finem *Wimpelingum*, leg. *Wimpelingum*. p. 682. in Richardi Sbrulii carmine vers. 21. *Magnopolitanus Doctores*, leg. *Ductores*. p. 683. Epitaphio secundo in Johannem Teutonicum linea ultima, extitit, leg. *extulit*.

### XXXI. Chronologia Abbatum Ilsenburgensium.

**H**anc Petrus Engelbrecht, qui autoritate *Comitum Wernigerodensium ex Stolbergensi familia*, Abbatiam administravit, *Guilielmo Budæo*, Medico Halberstadensis, Historiae patriæ peritisimo, communicavit. Budæus quædam annotavit, quibus & usi sumus. Tempore *Henrici S. Monasterium Benedictinorum Ilsenburgense fundatum est ab Arnulfo, Halberstadensi Episcopo*. Clarum fuit; sed maxime ab *Errando Abate illustratum*, viro docto, qui ad Halberstadensem Episcopatum pervenit, obiitque A. D. 1103.

### XXXII. De origine & Abbatibus Monasterii Luccensis.

**H**oc Monasterium Ordinis *Cisterciensis* nunc quoque floret, Abbate non tantum, sed & congregazione conventionalium superstite, à quibus observatur regula, quantum religioni repurgatae convenit. Abbas primus est *Prælatus Ducatus Calenbergici*, atque adeo inter Status seu Ordines primum locum tenet. Is nunc est *Gerardus Molanus*, olim *Matheoseos*, dein Theologiae Professor Rintelensis, nunc primarius Theologus Serenissimi Electoris Brunsicensis; qui egregium etiam rariorum Numismatum veterum recentiorumque thesauro collegit; ubi præter alia pene perfecta est *Numismatum Brunsicensium collectio*, Historiae illustrandæ perutilis. Is nobis has de Monasterio suo notitias suppeditavit. Maxime hujus loci est *vetus narratio de origine Monasterij*, una cum privilegiis à Papa *Lucio III. & Wilhelmo Rege Romanorum* datis; quibus Abbatum recensionem per modum appendicis adjecimus, ab ipso inclito Abbe suppeditatam: in qua in primis notanda sunt, quæ de *Bartolodo Abate loci*, postea *Rigenfum Episcopo & Livonorum Apostolo* habentur, & de *Woldemaro, Canuti Regis Daniæ filio, Sleswicensi*, deinde & *Bremensi Præfule*, tandem *Monacho in Lucca*. p. 692. lin. 14. post verb. *septem mansos*, ponatur: *in Bergkerken septem mansos*. Et inter subscriptiones post lineam: *Ego Lucius, Catholicae Ecclesiæ Episcopus*, ponatur hæc linea: *Ego Henricus Albanensis Episcopus*, & lin. penult. pro *Cerardus* leg. *Gerardus*. p. 698. in Abbate XLIV. lin. 2. 151. leg. 1551. p. 699. in Abbate LI. lin. 2. 1600. leg. 1629.

**XXXIII. De Abbatibus S. Michaelis Luneburgensibus Notitia ex veteri Tabula.**

**H**uic tabulae subjectus est syllabus Abbatum plenior, suppeditatus à Celeberrimo *Pfeffinger*, variae doctrinae viro, & nunc Inspectore Gymnasii Illustris, quod Abbatæ successit. p. 701. in Abate 45. lin. 3. titulum leg. *titulo*.

**XXXIV. Fratris Henrici Bodonis Syntagma de Ecclesia Gandesiana, emendatum atque suppletum ex MSto.**

**B**odo Monachus Benedictinus *Monasterii Clusini* prope Gadesheim, Syntagma hoc composuit; quod edidit *Henricus Meibomius* junior Tom. II. collectionis suæ, sed imperfectum, nec nisi usque ad *Bertæ secunde electionem*. Id nos ex codice pleniore Bibliothecæ Ducalis Guelfebyanæ supplevimus, & adjectis excerptis ex ejusdem autoris Chronico Clusino, inseruimus Tomo 2. hujus nostræ collectionis, num. XXVII, pag. 330. seqq. ubi & recensionem dedimus operis totius, simulque de autore egimus. Sed cum postea editionem Meibomanam cum eodem codice contulissimus, multa apparuere discrimina, ut autor ipse suum opus recensuisse videretur. Itaque visum est, ea quoque dare denuo, quæ jam dederat Meibomius, sed emendata & aucta. Hæc si conjungantur Tomo 2. editis, integrum opus in hac nostra collectione reperiatur. p. 702. §. quia scriptum est, lin. 4. præcessoris leg. *præcursoris* (id est, *Johannis Baptista*) ead. pag. in not. lit. a. *Alda*, leg. *Aeda*. p. 706. §. *inclytus Princeps*. lin. 5. serebant, leg. *scribant*. §. *Serenissimus Rex*, lin. 2. *mirographis*, leg. *chirographis*. p. 707. §. *expugnatis*, lin. 3. *fuscitabatur*, leg. *sciscitabatur*. p. 711. §. *inter nubila*, lin. 2. *extractam*, leg. *extructam*. §. *in nomine Sanctæ*, lin. 9. *Cracht*, leg. *Crucht*. p. 713. §. *in nomine*, lin. 7. *Lahenu*, leg. *Lacheria*. p. 716. §. *ad futuræ*, lin. 6. *dulcatoris*, leg. *dulcoratis*. p. 713. §. *quarta Atelheidi*, lin. 29. *mentibus*, leg. *mentitus*. p. 724. lin. 13. *reliquis*, leg. *reliquiis*. p. 725. §. *Innocentius* lin. 3. *qua*, leg. *que*, & lin. 36. *Schusen*, leg. *Sehusen*.

**XXXV. Arnulfi Historiæ Mediolanensis Libri IV.**

**A**rnulfus iste, cuius opus nunc primum edimus, autor ob antiquitatem & res, quas scripsit, minime sphenendus, ait lib. 1. cap. 7. se fuisse pronepotem fratris Arnulfi Archiepiscopi, qui tempore Ottonis Magni in Cathedra Mediolanensi sedet. Opus in *Ambrosiana Bibliotheca*, repertum est. Primam ejus notitiam dedit Illustrissimus ex Gallia vir, qui magnis militiae honoribus clarus, historiam tamen mirificè amat & intelligit. Postea apographum ejus nactus sum beneficio *Johannis de Sitonis*, ICti Mediolanensis egregii, cuius majores ex nobili *S. toniorum* Scotia familia in Italiam venere. Cur autem collectioni Scriptorum, Brunsvicensia illustrantium, inseram, causa est, quod hic autor confirmat, quæ de antiquis Estensis Principibus à *Sigonio* primum publicata sunt lib. 8. de Regno Italiae ad A. D. 1013. *Ardoino*, inquit, (Regem Italie se ferenti) *preter ceteros Italiae Principes*, *Hugonem Marchionem*, de quo diximus, *Atestinum*... *af- fuisse atque ipsum cum Azone & Opizone filiis ad Papiam prelio superatum invenio*. Arnulfus autem tempori vicinus lib. 1. c. 16. *Henricus (Sanctus)* quid de reliquo gesserit, quomodo *Trojam*, *nobilem Apulia civitatem obsederit*, qualiter *Marchiones Italie* quatuor Ugonem, Azonem, Adelbertum & Obizonem *captione una constringerit*, *recitare non expedit*. Expedisset utique, & magnam Historiæ Estensi lucem attulisset. Et suspicor, tres illos Germanos fratres Longobardos, *Hug. Hezil & Ecelin*, quos ab eodem Henrico captos scribit *Ditmarus*, ab his diversos non fuisse, solo *Obizzone* omisso. Nam Adalbertus & Azo idem est vocabulum, ut Conradus &

Cun-

Cunzo. Ita ætate major fratum Azo, fuerit Hezil, & junior Adalbertus fuerit Azo-linus seu Ecelinus. Vereor autem, ne ex ingenio sit *Sigonii*, quod *Hugonem* patrem facit, & quæ de prælio ad *Papiam* narrat. Multa alia memorabilia habet Arnulfus noster ad illustrandam Italiae historiam, quæ nunc memorare nihil attinet. Non tamen prætereundum est, quod ex eo discimus quædam de fatis filiorum *Berengarii II.* & de tractato connubio inter *Ottонem III.* & *Principem Constantinopolitanum*, quod ob immaturam Imperatoris mortem exitum non habuit. Obiit is juvenis nondum maritus; & vana sunt, quæ de uxore ejus *Maria Aragonia*, & meditato ab ea adulterio vulgo feruntur. Emendationes subjecere placet lapsuum partim apographi, quod ad me pervenit, partim typographi, aut ejus, cui correctio typorum credita erat. p. 727. in catalogo statim initio, pro *Otto Rex Burgundio* leg. *Hugo*. p. 728. cap. 1 lin. 2. sic lege: ac non idem omnium animus ad non eadem sepe distractur. lin. 13. superindatus, leg. *superindutus*. p. 731. cap. 14. lin. penult. *Fruoberia*, leg. *Frucleria*. Cap. 16. lin. antepenult. *præcipue*, leg. *præcipuis*. p. 733. cap. 7. lin. 3. *abstrusos*, f. *obstructos*. penult. *substracti*, leg. *substrati*. p. 735. cap. 1. lin. 7. Vide, leg. *Vido*. p. 736. lin. 2. *multato*, leg. *mutato*. cap. 6. lin. 4. leg. *sibi rependebant ad invicem*. p. 737. cap. 10. lin. 3. leg. *inhiantibus*. lin. 11. *directas*, leg. *dirutas*. domo, leg. *domos*. p. 738. cap. 11. lin. 4. *attenderent*. lin. 16. *clamatis*, leg. *clamaſtis*. lin. 22. *dicibiliter*, leg. *decibiliter*. pag. 742. cap. 27. lin. penult. *reprobat*, leg. *reprobabat*. pentecostes, leg. *pascibatis*, ut ex sequentibus patet. p. 743. lin. 2. *investitibus*, leg. *investituris*. cap. 31. lin. 2. *cujusque*, leg. *utriusque*. lin. ult. *nedum nos*, leg. *nedum vos*. cap. 32. lin. 2. *domo*, leg. *dono*. lin. 4. *voluit*, leg. *valuit*. p. 744. c. 34. lin. 4. *illo modo*, leg. *ullo modo*. lin. 14. leg. *bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus*. Arnulfi Liber VI. leg. *Liber IV.* p. 745. cap. 7. lin. penult. *Respondeat*, leg. *Respondeant*.

### XXXVI. Excerpta ex Necrologio Monasterii Werdinensis.

**N**Ecrologiorum usum jam sape prædicavimus. Hoc, ut alia, numeris 23. & 24. exhibita, insigni viro Dno Præposito S. Ludgeri Helmestadiensi debemus, de quo illic. Habentur hic aliquot illustrium virorum dies emortuales, ut vocant; ut *Bardonis* Archiepiscopi Moguntini, *Heriberti* Archiepiscopi Colonensis, *Ludgeri* primi Episcopi Monasteriensis & Werdinensis Abbatiae fundatoris, qui ambo Sancti habentur; item successorum Ludgeri & cognatorum, *Gerfridi* & *Alfridi* Episcoporum Monasteriensium; & alterius cognati *Thiadgrimi* Halberstadiensis, ut alios taceam. Distinguuntur etiam duo *Hildegrini* Halberstadenses Episcopi, prior frater S. Ludgeri, posterior fororis filius: & cum priori apud Halberstadenses Historicos assignetur dies obitus 19. Junii, id est, 13. Kalend. Julii, ut nostrum Necrologium habet, sequitur, alterum Hildegrinum Episcopum, cui 12. Kalend. Januar. hic ascribitur, juniorem esse; atque ideo hinc hujus quoque diem emortualem discimus, auctoribus non memoratum. *Ida vidua* est Ducissa, quæ inter Sanctas referri solet, vidua Ecberti Ducis. In hoc Necrologio post festum omnium Sanctorum, non ponitur, ut alias, *festum omnium animarum*; sed ejus loco pridie Id. Octob. habetur *mensoria omnium Christianorum*. Unde intelligitur, festi hujus locum alium quam nunc fuisse, cum hoc Necrologium scriberetur. Ad Prid. Non. Sept. pro Remachi, leg. *Remacli*.

XXXVII. Excerptum ex Chronico opere Andreæ Danduli,  
Ducis Venetiarum.

**M**Emoratur in eo matrimonium *Petri Candiani* Ducis Venetiarum cum Waldrada sorore *Hugonis* Marchionis Tusciae, & fata Ducis; quæ res ob non unam rationem in Historia Estenfi locum invenit. Sumsimus autem ex Codice, qui fuit Insignis viri *Marquardi Gudii*, & cum aliis ejus Manuscriptis Codicibus in Bibliothecam Ducalem Guelfebytanam nuper est illatus. Scriptus est lingua Italica antiqua, incertum an ab ipso autore, cuius alias opus Latinè, ipsius ut arbitror, stylo, in nonnullis Bibliothecis extat, & passim à Sigonio & Baronio usurpatum est. Ob Italicae Linguae formam, multum ab hodierna differentem, quædam emendanda, quædam explicanda sunt. Lin. 1. pro &, lego *ei*, vel *el*. lin. 2. pro dei lego *el*. lin. 3. Nazentani leg. *Narentani*. ibid. *collo*, id est, *corso*. lin. 4. *pieto* leg. *pietro*. lin. 5. *havena* leg. *havera*. lin. 15. *abiando* dogerdo, id est, *havendo* *dogado*, quod significat, cum Ducatum gessisset &c. lin. 17. *da rectolo* *povolo*, forte *da tutto*. lin. 21. Duederto, puto esse *Tudertum*, urbem Umbriæ vel Ducatus Spoletini. lin. 28. *dezan* leg. de *Zan*, id est, de *Giovanni*, ut lin. 19. *Zana*, id est. *Giovanna*.

XXXVIII. Lacuna Chronicæ Magdeburgensis editi, ex MS.  
suppleta.

**H**Enricus Meibomius junior, Medicus & Historicus insignis, in opere, quo scriptores complures ad Historiam Germanicam pertinentes, ab avo editos recensuit, & ex suis armariis non paucos nec sphenendos adjecit; dedit inter alia Chronicæ Magdeburgicum Tomo secundo. Sed in eo pag. 345. lacunam reliquit, quæ nunc repleta est, suppedante Supplementum Viro Celeberrimo *Johanne Georgio Eccardo*, Professore Historiarum Helmestadiensi, qui nos in recensendis his scriptoribus non mediocriter adjuvit. Agitur in hoc supplemento de confliktu inter *Albertum III.* Episcopum Halberstadensem (cui affuere *Theodoricus* Archiepiscopus Magdeburgensis) & *Gerardum* Episcopum Hildesiensem, cui multi, ex Westfalia in primis, auxilia adduxerant. Et cum Albertus III. insignis Logicus, Gerardus autem magnus Orator haberetur, dictum est, Logicam à Rhetorica victam fuisse. Ajunt annales quidam Halberstadienses Latini, à Pontificio homine conscripti, nondum editi, Albertum III. agricolæ filium fuisse, ex villa Kirchmerstorffensi.

XXXIX. Legum Wisbyensium ab Henrico Leone confirmatarum præfatio.

**G**othlandia insula, in mari Balthico inter Sueciam & Borussiam sita, jam olim celebrata est, meminitque ejus *Paulus Diaconus*, ubi fabulosum Longobardorum iter describit; & *Hodoeporicon* septentrionale, quod *Elfredus* Rex Anglo-Saxonum sapientissimus ex ore quorundam navigatorum literis consignavit. Gothones in Scandinavia, Guttones five Jutones, Vitones vel Witlandos (sic enim variant appellations) ex adverso in Borussia reperimus; unde credibile est, à transeuntibus denominatam. Ibi Wisby portus in urbem insignem paulò seriùs, ut appetet, crevit; quoniam *Adamo Bremensi* & aliis antiquis non memoratur. Tempore autem *Lotharii Saxonis* jam ad famam pervenisse hanc urbem, & Saxonibus Slavinisque ex Germanico Imperio populis, frequentatam fuisse oportet, quia, ut ex hac præfatione discimus, à Lothario (nescio Imperatore an adhuc Duce Saxonum) leges petiit, quas ejus ex filia nepos *Henricus Leo* autoritate Ducis Saxoniæ confirmavit. Quanquam enim non ideo affirmaverim, haec urbem vel insulam tunc sub Imperatoribus vel Sa-

Saxonæ Ducibus fuisse: quia tamen à populis Imperio subjectis frequentabatur, leges illis attemperari passa est. Lambecius libro secundo rerum Hamburgensium (p.247.) subjecit Attestatum (ut vocant, religiosorum ordinis Dominican & Franciscani urbis Wisbiensis, cui inseritur Transsumptum Privilegii, à Johanne & Gerardo Comitibus Holsatiæ, Stormariae & Schouwenburg incolis oppidi Wisby & totius Godlandiæ concessi A. D. 1255. tertio Idus Junii, ut (inquiunt) omni jure, quo dilecti patris nostri suorumque predecessorum tempore feliciter usi sunt, sicut illustris Henrici Ducis Brunswich felicis memoriae privilegia jam dictis civibus super eadem libertate collata continent, perpetuo libere perfruantur. Et subjicitur Transsumptum privilegii ipsius Henrici Ducis, nempe Leonis, quod mox integrum dabimus; & Prior ac Gardianus conventus Fratrum Prædicatorum & Minorum in Wisby, sese tabulas originales horum Privilegorum vidisse testantur A. D. 1368. 25. Maji sub convenuum sigillis. Sviōibus jam Alfredi Anglo-Saxonum Regis tempore, id est, seculo nono declinante, insula paruit; & postea legum earundem confirmationem à Magno Sueciae Rege petiit. Has Wisbyensem leges, quarum præfationem hic posuimus, cum aliis Gothlandiæ Insulae Legibus edidit V. Cl. Johannes Hadorius, qui multa alia in Historia & Jurisprudentia vetere Sueonum & Gothorum præstítit & sperari jussit, ut ex *Suecia literata* apparet. Idem in prefatione observavit, leges Wisbyenses originaliter lingua Germanica (dialecto scilicet Saxonum) fuisse scriptas. Porro ut in Balthico mari *Wisbyenses*, ita in Oceano Europæo *Oleronenses Leges* in autoritate fuere, pene instar veterum Rhodiarum; &, ut *Henricus Leo* Wisbyensis, ita *Otto* ejus filius nonum Imperator, sed adhuc Dux Aquitaniae & Comes Pictaviensis, Oleronis Insulae, ex adverso Pictavorum sitæ, habitatoribus privilegium dedit, quod hic patris ejus Henrici Leonis privilegio, Gutensibus concessò subjiciemus.

### Henrici Leonis privilegium, incolis insulæ Gotlandiæ datum.

**I**N nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Hinricus divina favente clementia Bavrorum atque Saxonum Dux. Noverit cunctorum, tam præsentium quam futurorum Christi fidelium sagacitas, qualiter nos ob amorem pacis & reverentiam Christianæ religionis, maximè autem contemplatione retributionis æternæ, dissensionem inter Theutonicos nec non Gutenses, instigante spiritu nequitiae diu male habitam, unitati & concordia antiquæ reformaverimus. Qualiter etiam multimoda mala, videlicet odia, inimicitias, homicidia, ex utriusque gentis dissensione orta, Spiritus S. gratia cooperante, perpetua pacis stabilitate condonaverimus: & postmodum Gutenses in nostræ reconciliationis gratiam benignè receperimus. Juris igitur & pacis ejusdem decreta, Gutensibus quondam à Serenissimo Romanorum Imperatore, Domino Lothario piæ memoriæ avo nostro, concessa, Nos in omni devotione factis ejus inclinantes, simili pietate Gutensibus contradimus, uniuscujusque juris traditionem per singula copula (f. capitula) distinguentes. Per universæ potestatis nostræ ditionem Gutenses pacem firmam habent, ita, ut quicquid dispendii & rerum suarum, seu injuriæ infra terminos nostri regiminis pertulerint, plenam ex judiciaria potestate justitiam & correctionem consequantur: hanc eis gratiam adjicientes, ut in omnibus civitatibus nostris à teloneo liberi permaneant. Item, si quis Gutorum in quibuscumque civitatibus nostris, ubi pacem sub jurejurando firmavimus, peremptus fuerit, capitis sententiâ reus ille puniatur. Si quis armis vulneratus vel debilitatus fuerit, manu reum truncari decrevimus. Insuper si quispiam fuste vel pugno impiè lœsus fuerit, juri civitatis, in qua id contigisse dinoscitur, reus item subjaceat. Similiter autem quicunque Gutensium in itinere eundo vel redeundo, in die non legitimè occisus fuerit, peremtor cum heredibus & cognatis occisi XL. marcis monetæ illius provinciæ, in qua nefas perpe-

tratum est, componat. Si quis vero eorum in quacunque Civitate nostra mortuus fuerit, bona sua hæres vel cognatus ejus, si forte præsens est, recipiat & in multa pace fruatur. Sin autem bona illa in eadem possessione, qua ille obierit, annum & diem in districtu reserventur. Si vero nullus infra tempus denominatum bona ista requisierit, judex civitatis ea recipiat. Novissime autem eandem gratiam & iustitiam, quam nostris mercatoribus decrevimus, eandem omnibus Gutensibus in perpetuum statuimus fideliter conservandam, hoc videlicet pacto, ut grata vicisitudine idem nostris & ipsi exhibeant. Nos quoque & terram nostram de cætero arctius diligent, & portum nostrum in Lubeke diligentius frequentent. Hujus autem rei testes sunt hi: Episcopus Geroldus, Evermodus Episcopus, Berno Magnopolitanus Episcopus, Marchio de Vohburg, Adolphus Comes, Sifridus Comes, Wolradus Comes, Henricus Comes de Ratzburg, Luthardus de Meinersßen, Adolphus de Woltingeroth, Guncelinus, Anno Camerarius, Ludolphus Dapifer, Reinoldus Comes de Lubeke. Acta sunt hæc anno Domini M. centesimo sexagesimo tertio, regnante glorioissimo Domino Frederico Romanorum Imp. Augusto, anno regni sui decimo, Imperii septimo. Datum in Ertineborch XV. Kal. Novemboris.

Litteræ Othonis Ducis Aquitaniæ & Comitis Pictaviæ, super privilegiis hominibus de Olerone concessis.

**O** Tho Dux Aquitaniæ, Comes Pictaviæ omnibus, tam futuris quam præsentibus, ad quos literæ istæ pervenerint, salutem. Sciatis pro certo, me dedisse in perpetuum, & præsenti carta privilegialiter concesisse omnibus hominibus de Olerone, tam divitibus quam pauperibus, & hæredibus eorum, quod ego & Successores mei ipsis & corum hæredibus, in puellis vel viduis totius insulae Oleronis nuptui tradendis, in Ballio Pupillorum & viduarium, & possessionem ad ipsos pertinentium saisiendo, sale & vino proborum hominum capiendo, in possessionibus sine liberorum procreatione decedentium occupandis; etiam aliis violentis ejusmodi impedimentis, quæ apud Oleronem à Principibus olim solebant fieri; nullam vim vel molestiam deinceps inferemus nec inferri ab aliquo permittemus: salvis tamen & retentis iustis consuetudinibus & servitiis nostris, quæ apud Oleronem prædecessoribus nostris, & mihi ratione Domini consueverunt. Volo autem & statuo, ut hoc privilegium, cum assensi & voluntate Domini Regis avunculi mei factum, universis hominibus de Olerone & eorum hæredibus, sicut superius est adnotatum, illæsum & inconcussum perpetualiter observetur; nec ulli hominum liceat illud infringere vel ei ausu temerario derogare. Quod utique privilegium, ut perpetuum robur & auctoritatem obtineat, ego sigilli mei impressione feci has litteras insigniri, Testibus

*Domino Gaufrido Comite Perticen.*

*Girardo de Furnuall.*

*Jobanne de Stagno.*

*Gaufrido de Cell. tunc Senescallo Pictaviæ & Vasconie.*

*Petro Libertini Lanuo.*

*Ogerio Soroneco Preposito Mosteroli, & multis aliis.*

Anno Incarnati Verbi Milleſimo Centesimo Nonagesimo Octavo, XIX die Decembris, apud Benaon.

XL. Excerpta ex Chronico MS. Ecclesiæ Goslariensis, dialecto Saxonica contexto.

**N**Onnulla jam in hoc opere de rebus Goslariensis exhibuimus; nempe Tom. 2. n. 40. narrationem de Basilica ejusque Præpositis; & eodem Tomo n. 44. Chronicon

con Ecclesiæ Goslariensis SS Simonis & Judæ cum recensione reliquiarum ; & Tomo III. num. 15. Chronicon Principum, qui Goslariæ egerunt, aut benefecerunt, Dialecto Saxonica. Factum est autem casu, dum res à diversis curatur, ut ejusdem Chronicæ, quod integrum num. 15. dedimus, hic (num. 40.) excerpta repeterentur. Cui errori benevolus lector veniam dabit.

#### XLI. Leges Antiquæ civitatis Luneburgensis de Hæreditatibus.

**D**edimus jam hoc Tomo tertio antiquas leges Brunsuicenses n. 17. & 18. Cellenses n. 19. & Goslarienses n. 20. & 21. Sequitur specimen Luneburgensium de Hæreditatibus. Etsi enim plures aliae de aliis juris partibus illic habeantur, tamen, vergente ad finem opere, hoc specimine contenti fuimus, quod suppeditavit V. Cl. Ioh. Frid. Pfeffingerus, nunc Gymnasii Illustris Luneburgensis inspecto, qui reperit ascriptas antiquissimæ editioni Speculi Saxonici, Latini & Germanici, editi Lipsiæ 1488. die Sabbati, penultima Augusti.


#### XLII. Excerpta Necrologii Fuldensis antiquissimi.

**C**omplura jam Necrologia in hoc opere dedimus ; unum præclarum admodum Ecclesiæ Cathedralis Hildensiæ T. I. n. 47. alterum Monasterii S. Michaëlis Hildensiæ T. II. n. 14. tertium incliti Monasterii Werthinensis Tom. III. n. 36. Sed omnibus præstat Fuldense, cuius jam excerpta damus. In eo enim non tam dies emortuales (etli & hi sæpe adjiciantur) ut alias, sed anni mortuum exhibentur. Continet nomina fratrum & benefactorum cœnobii à tempore fundationi vicino, seu ab anno Domini 780. ad Ann. D. 1065. Codicem cum aliis communicari jusit *Reverendissimus & Celsissimus Princeps Adalbertus Abbas*, qui nunc Fuldam cum regione subjecta sapienter moderatur. Ejusque judicio debemus, ut complura, quæ à majoribus inconsultè suppressa, ne Browero quidem loci Historico communicata erant, publicis usibus inservire possint. In Codice eodem in unum consuta sunt diversa exempla ejusdem Necrologii, sed non integra. Unde fit, ut nonnulli anni aliquoties occurrant cum iisdem personis, sed adjunctis aliquando diebus, interdum & dignitatibus.

Multa hinc discimus, ad Chronologiam magnis difficultatibus extricandam. Exempli causa mirè controversa est accurata determinatio temporum circa Conradum I. Germaniæ Regem. Nullos enim circa id tempus annales antiquos habemus, quibus fidei posit. Sed ex hoc Necrologio discimus, Ludovicum Regem, filium Arnulfi Augusti, obiisse A. D. 911. Ottonem Ducem Saxonie (qui hic, ut alibi in Diplomatibus, Otto Comes dicitur) extinctum A. D. 912, & Hattonem Archiepiscopum Moguntinum A. D. 913. Conradum ipsum Regem excessisse rebus humanis A. D. 917. exeunte : unde non pauci in Historia nodi solvuntur. Fidem hujus Necrologii multis in exemplis comprobavimus, coque facilius ei credimus in iis, quæ aliunde non satis habentur. Et vero compositum est ex configurationibus annuis contemporaneorum. In diebus interdum error fortasse ex eo irrepsit editioni, quod interdum non constat, utrum dies ad personam præcedentem, an ad sequentem sit referenda. Totum hoc Necrologium edi meruisse, vel ob immensam nominum antiquorum Germanicorum varietatem, quantam uspiam alibi videre non memini. Sed id hujus loci non fuisset. Et cum aliquando in uno exemplo ejusdem Necrologii simplicia nomina virorum vel foeminarum habeantur, in alio Comitum aut Comitissarum, vel aliam dignitatem additam habent; hinc credibile est, multa nomina à nobis omissa, quod nullæ notæ singulari designentur, etiam ad personas illustres pertinuisse. Sic in uno Necrologio ad A. D. 924. *Glismuod* simpliciter nominatur, in alio *Glismuod Comitissa*, mater scilicet Conradi

Regis. Nescio, quomodo tamen factum est, ut anni obitus Regum Galliæ Lotharii & Hugonis male prorsus sint scripti.

Quædam initio non bene lecta, nonnulla & omissa fuere, aut alias emendationem (subinde etiam in ipso Codice) merentur, quæ hic annotare operæ pretium erit. pag. 760. lin. II. genera. leg. generaliter. Eadem pag. ubi de tertio Abate Ratgero pro Tyrones puto legendum *Turones*, pro Ademhartum *ad Einhardum*. Et in hoc peccatum est in ipso Codice. Sensus est, Ratgerum Abbatem juvenes ex Monasterio suo ad Alcuinum apud Turones docentem, & ad Einhardum, claros eo tempore viros, eruditioonis causa misisse. pag. 761. lin. 15. Abbas Hroggi, leg. *Huoggi*, lin. 19. pro Engenii, legitur in Codice *Eugenii*, nescio an Eugenii. lin. 36. Hildibrandus Abbas XIII. leg. *Hilibrabd* (id est, Hildibertus) omitt. XIII. pag. 762. lin. 3. Hludovich Imp. XIII. Kal. Jul. leg. XII. ibid. lin. 9. leg. Adalbraht. lin. 14. Luitbracht leg. *Luitbraht*. lin. 19. Hoinpracht, leg. *Huimprahbt*. Ann. DCCXXX. leg. DCCI XXX. Ann. DCCMXXXI. leg. DCCLXXXI. Ann. 847. leg. Otger *Archiepiscopus*. 853. Hemmo *Episcopus*, adde, & Monachus. Erit *Haimo* Halberstadiensis. 868. post Bernger Comes, adde: Cometa. Ruodhart Com. Fridurih Com. DCCCLXXI Babo Abbas. leg. DCCCLXXXI. Babo. 882. Hluduwickus leg. *Hludouuib* Rex. DCCCXXXV Luitgar Regina, leg. DCCCLXXXV. *Luitgart* 886. leg. *Egino Comes*, Heinrich Comes. 889. leg. *Luitbraht*. Inferatur ibidem: 894. *Egolf Episcopus*, est Halberstadiensis, qui nonnullis Eriulpus. 908. post Rudolf Episc. inferatur *Egino Comes*. 915. leg. *Huoggi*. Abbas. 916. lege: Helmfrid. Abbas VIII. Id. Decembr. 923. leg. Haicho Abbas IV. Kal. Jun. Hessi Comes VII. Kal. Oct. 924. Heriman (leg.) *Archiepiscopus*, nempe Coloniensis. 928. II. Kal. Octob. leg. VI. Id. Oct. 936. Henrich Rex Kal. Jul. substitue VI. Nonas Julii cum Ditmaro. Is enim dies præcesserat in Necrologio, qui sumendum erat, & ad sequentem non ad præcedentem personam pertinebat, DCCCCVIII. leg. DCCCCXXXVIII. Similiter DCCCCVIII. leg. DCCCCXXXVIII. 941. leg. Burchart *Episcopus*. 956. Hadamar Abbas, add. *vigesimo nono regiminis sui anno*. Deinde inferatur 962. *Afac Comes*. 977. Thietirih *Archiepiscopus*, add. Non. Jun. 981. verbis: occisus est à Saracenis, præfigatur II. Id. Jul. 985. leg. *Huoto Comes* 2. Non. Jun. 992. Misicho Marchio [Comes & secularis] In Codice legitur *Comes & Scl.* idque interpretor non secularis, quod per se patet, sed *Sclavus*, nempe natione. DCCCCXCIX, leg. DCCCCXCIX. Itabis corrigendum ibidem. 1003. Willehelmus Comes XIX. Kal. Jan. leg. IX. Kal. Jan. 1004. Ruobbertus Episc. ponitur secunda vice, ubi deleri debet. 1007. Ribburg Abbatisa leg. *Ribburg*. id est, Richburgis, fida in obsequio Mathildis Reginæ, quæ ei deinde Monasterium puellarum Northusianum à se fundatum conamisit. 1010. Arnsfrid Ep. leg. *Ansfrid*, qui fuit *Episcopus Traiectensis*. 1037. Diethelmus, Cuono &c. præfigatur VIII. Kal. Jan. 1038. del. Non. April. 1047. leg. *Robin-gus*. 1052. Subjiciatur in fine *Aaron Presbyter & Abbas*. 1053. add. in fine *Bercla ancilla Christi Abbatisa*. 1055 post Uodalric. Ep. ponitur *Cuonrad infans*, *filius Imperatoris Henrici*. 1061. Reginhard. Com. in Codice est *Reginh. Comes*, ubi puto intellegendum Reginherius. 1063. in fine anni addatur *Engilbard Episcopus*.



EPI-